

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

J. F. Payne

2968/A

28491

5

Johann Guenther

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

INSTITVTIONVM ANATOMICARVM SECVNDVM GALENI

ſententiã ad candidatos Medicinę Libri Quatuor,
per Ioãnem Guinterium Andernacum Medicum.

AB ANDREA VVESALIO Bruxellenſi, auctiores & emendatiores redditi.



VENETIIS. 1538

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

28491

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

INDEX RERVM AC VERBORVM IN HOC LIBRO MEMORABILIVM,

In quo per a literam, prima facies per b vero secunda, intelligenda est.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

E

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

L

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

FINIS.


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

rum ad maiores disciplinas excipiendas his exco-lebant ac præparabant: sicut tinctores lanam, quæ bona fide purpuram potura est, certis prius coloribus inficiunt. Quare ne uera partium cognitio cuiquam ita edocto memoria excideret, nõ erat magis metuendum, quàm ne linguæ elementa obliuiscerentur ij, qui ab ineũte ætate ipsa didicere: quod optimum quenque medicum & intelligere & fateri existimo. Nam quemadmodum exædificator ubi collapsam domum instaurabit, necessum habet omnes domus partes cognoscere, cuiusnam sint substantiæ, qua figura, quot numero, quomodo inuicem cohæreant: ita qui Medicinam profitetur, locos affectos recte non curauerit, nisi substantiam eorum, figuram, magnitudinem, numerum, ac mutuum inter se connexum adamussim habeat perspectum, id quod ex sola Anatome consequimur. Quòd si argumenta ad actionem quãdam, uel naturalem, uel animalẽ cognoscendã requirat philosophus, sola partiũ cognitio suppeditat. ad hæc si aculeos, telorũque cuspides excindere oportet, si sinus, fistulas. abscessusque curare, nihil citra Anatomẽ recte perficies. Huius siquidẽ imperitia fit, ut interim sensus, interĩ motus, est cũ uterque, aut uioletur, aut in totũ oboleatur: imo quod grauius ẽ, mortẽ sæpe fastuosa illa ĩscitia cõciliat. tãtũ habet momẽti Anatomes cognitio, uel in morbis curãdis, uel periculis præsagiẽdis: imperitia au-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

tem in rebus periculosis securos in tutis timidos ef ficit. At hodie quot Rabini medicorum, qui se Hip pocraticos, aut Galenicos, aut his maiores vulgo vēditant, ne intelligunt quidem Anatomicorum li bros, tantum abest vt ipsi consectiones aggressi sint, aut alijs ostenderint: quibus si titulum detra has, nihil aliud inuenias, quàm Syrapiastros, ac Zulapistas, hominum palato oblectantes potius, quàm morbos curantes. Nec desunt qui formulis aliquot certis, quas à nescio quibus veluti thesau rum aliquem reconditum acceperunt, communi ho minum vitæ illudant, omnis artis, ne dicam medi= cinæ, imperitissimi, per mortes, vt ait ille, experi= menta facientes: qui impostores eò etiam venerunt impudentiæ, vt Lutetiæ in clarissimo totius orbis medicorum cœtu, audeant patritijs viris artem, quam nunquam attigerunt, ementiri, in textrina videlicet, & prelorum, sub quibus chartæ premun tur, exercitio versati. Cuius rei causam esse puto, nimiam aliarum scholarum facilitatem, quæ no= bis Doctores medicos quotidie quàm plurimos pa= riunt, vno tantum die aut altero visos, nulla erudi tionis ratione habita: tanquam illic, veluti in Par naso, noctes paucas somniasse sit abunde. nō enim aliter quàm canes e Nilo bibunt, & abeunt, in ho minum perniciem tam splendidum titulum conse= cuti. In quibuss sycophantis abigendis vestram, Præses integerrime, veluti Catonum operam respu

blica desiderat, ne amplius impune eos in vitam hominum grassari patiamini: ne quenquam nisi eruditione & probitate commendatum, omnium saluti conseruandæ admittatis: ne sinatis medici titulum vsurpare, nisi a doctißimis quibusque cõprobatos. Hi enim soli norunt, quam partem primario morbus affligat, quam consortij lege infestet, cuius sint naturæ omnia, quæ cuique remedia particulæ adhiberi debeant: siquidem curandi ratio pro affectorum locorum natura euariare solet. Ego itaque, vt vere medicinam discentibus gratificarer, quæ hactenus ex Galeno in ipsis operibus vera esse comperi, breuiter in quatuor libros contraxi, eo docendi ordine & ratione, quam & Galeno probari video, & facillimam medicinæ candidatis fore speraui. Primum cuiusque particulæ situm, numerum, substantiæ proprietatem, magnitudinem, figuram, & cõnexum explico: deinde vsum singulis, & confectionis administrationem adijcio: quibus adiutus aliquis natura sagacior, ipse citra alterius operam confectionem aggredi poterit. Porro in confectione antiquam scholarum consuetudinem secutus sum, ab inferiori corporis ventre auspicatus: quanquam & Galenus primum amicis abdominis musculos solebat incidere, mox intestina, ventrem, iecur, lienem, renes, & vesicam: si fœmina esset, etiam vuluam: ne videlicet hæc diutius asseruata computrescant, vtilem deinde Ana-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

tomes partem, quam plane neglectam, non à medicis tãtum, sed chirurgis etiam uidemus. Secundo libro thoracis structuram, & partes tum internas, tũ externas interpretor. Tertio cerebri naturam, & processus ostẽdo. Quarto artuum confectionem trado, quæ post oßium cognitionẽ prima uenit intelligenda. quam partem longe utilißimã in hoc persequutus sum diligentius, quòd nulli recẽtiorum de ea quicquam scriptum reliquerint. Quẽ laborem, Præses clarißime, ut tibi nuncupem multis adducor rationibus: primum quòd homo sis & multæ eruditionis, & acerrimi in literis iudicij, doctorumque omniũ maximus amator, deinde quòd ea polleas inter uiros patritios animi prudentia, integritate, & gratia, ut rex Christianißimus Frãciscus exquisitus ingeniorum æstimator grauißimis te causis præfecerit, non in regia tantum, uerũ etiam in dierum indictorum iudicijs. Nihil dico de humanitate tua, qua apud omnes commendaris, naturæ mansuetudine & clementia, ut cum in sublimi dignitate sis collocatus, neminem ab aditu repellas: quæ uirtus non solet nisi maximis quibusque & optimis uiris inesse. Hac ego fretus, Institutiones nostras tuo nomini celeberrimo consecrare non dùbitaui, ut tutius æditionis aleam subirent. Nam si qui sint maligniori animo præditi, in alienis laboribus reprehẽdendis nihil faciẽtes reliqui, ad nominis tui uel auditum modo horrebunt, ac ca

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

lumniari desinent. Quod ad partes meas attinet: nihil hic scriptum est quod nō Galenum redoleat, cuius doctrinam ex professo imitor: nihil assertū, quod non ipse viderim. Porro siquis hoc nomine opus eleuet, quòd omnia sint Galeni, & ex eo pene ad uerbum descripta: huic dicam, non Galeni, sed meum esse opus. Rursus si alius quidam, ut meum ex alto despiciat, is sciat Galeni esse omnia, & si mea contemnenda putet, certe & Galenum contē net. Suscipe igitur munusculum hoc læuidē se, Præses integerrime, contra istos maleferiatos defendē dum: suscipe ea humanitate, qua studiosos omnes. Quod si gratum fuisse intellexero, maiora quædā in nominis tui gloriam & immortalitatem comparabo. Vale.

TYPOGRAPHVS LECTORE

Vbicunque B in margine positum inuenies, scies uocem esse barbaram.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

INSTITVTIONVM ANATOMICARVM SECVNDVM GALENI ſententiã ad candidatos Medicinæ Liber primus, Ioanne Guinterio Andernaco auctore.



Cutis. MNIVM corporis partium commune tegumẽtum, cutis Romana lingua appellatur: Græca, derma, quòd excoriari videlicet poſſit, nomine à verbo dereſthæ deducto.

Cuticula. Huius extima ſuperficies, ceu efflorescẽtia quædam Grçco vocabulo epidermis, quaſi ſumma cuticula dicitur.

Mẽbrana B. Pã niculus carnoſus Cui membrana ſubiacet: quam venæ illam nutrientes, & nerui ſenſum communicantes permeant. Horum autem, puta neruorum & venarum, filamentorum traductu, à cute & corporibus, quibus circundata eſt, continetur.

Pinguitudo. Hinc inter cutem & membranam hanc

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

pinguitudo naſci ſolet, natura frigidioribus multa: calidioribꝰ aut pauca, aut nulla, idque ſanguine extra vaſa ſua emanãte, & caloris inopia congelaſcente.

Primum itaque ſectionem aggreſſurus, reſupinato cadauere ac pilis omnibus mundato, vmbilicum (vt poſtea in fœtus vaſis demonſtrandis ſeruiat) ſcalpello circuncidis. *Admi.cutis adipis a mẽbranæ.*

Deinde lineam à mucronata cartilagine, aut paulo ſuperius, per medium vmbilicum aduſque pubis oſſa in cute ducis, adhibita diligentia ne quid eorum quæ ſubſunt vulneres: mox tranſuerſam lineam per eundem vmbilicum ad ſpurias vſque coſtas facis & abdomem, quod octo muſculis, adipe, cute & peritonæo conſtat, cute denudas: poſtea pinguitudine, ſi qua reperitur. *Abdomẽ B. Ara. myrach*

Ipſam autem membranam, ſi hominẽ diuidis, relinquere potes, quæ in abdomine partes habet carnoſiores: in manu, & pede, frõte & ore, telæ araneæ modo ſubtiles. Si vero canem ſecas, eam omnino ob ipſius craſſitiem auferendam cenſeo.

Hanc quidem membranam hodie multi obſecandi imperitiam, in animalibus minime haberi affirmant.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

Cuticu- ... e exti- na ad ... ni. Iam cutis efflorescentiæ seu cuticulæ naturam discere licebit, si ardentem can delam cuti admoueris, nam ea vesiculæ instar abscedet.

Porro tota sic ventris regione detecta, abdominis musculi veniunt inspiciundi. Verum hoc prius cõsiderare oportet, naturam instrumenta nutritioni seruientia *nstru- nẽta nu ritionis corpore riplicia* in corpore triplicia condidisse Quædam prima ratione ad alimẽtum concipiendũ elaborandúmque, & in totum corpus deferendum. Alia secũda ratione, quæ excremẽtorum sunt receptacula. Reliquas particulas tertia ratiõe, quæ horum excretionibus subseruiunt, cuiusmodi sunt cum alij, tum abdominis musculi.

Octo ab lominis nusculi. itus & igura. Sunt autem hi octo: quatuor sane obli qui: quorum duo a præcordijs versus iliũ ossa tẽdunt: reliqui duo, hos ad similitudinem Græcæ literæ X diuidunt, ab ilijs ad costas profecti. Duo uero recti, a pectore vsque ad pubis ossa per totius ventris medium maxime exporrecti. Duo autem trãsuersi in latum procedunt, rectum cum prædictis efficientes angulum.

Ordo. Obliqui ... ni. At primum musculorum par est, obliquorum descendentium, omnibus in abdomine musculis superstratũ. Cuius ini-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

tia maximo thoracis musiulo elatiori con finia, suis ipsorũ terminis, ceu digitis quibusdam, in costas, sextam, septimam, & octauam inseruntur.

Potissimũ vero ex sexta costa par istud musculorum exoritur, extremo musculi anterioris inter eos qui thoracem mouẽt & brachium thoraci adducunt adiacens. deinde ex alijs iam omnibus costis procedit, quæ illis partibus vicinæ habentur: cęterum fibris obliquis ad ventris anteriora vergẽs, toti abdominis regioni per inania Gręci cenεωnas appellant, tum ad ilium ossa, tum ad inguina vtrinque expanditur, ac pubis ossi per membraneum, sed ualidum tendinem ante inguina ortum inseritur. Pars musculorum ad anteriora spectans, in tenuem exacte tẽdinem desinit, rectis esttrinsecus musculis superpositum. *Origo primorum.* *Cõnexus* *Substantia.*

Alterum par musculorum est ascendẽtium, qui obliquum fibrarum situm primis contrarium possident, ex ilium osse ducentis originem: in quod mẽbrana carnosiore inserũtur: deinde obliqui sursum protensi musculis transuersis insident. postea quatuor costarũ notharum extremis carnosiores inijciuntur. Tẽdo ipsorum in *Secundi obliqui.* *Situs & origo.* *Substantia Conexus.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

membranam degenerans, longis musculis incumbit, medius inter ipsos & dictorū iam obliquorum tendinem procedens. Nam duo amborum musculorum tendines in vnū coire videbuntur, ob quod separare ipsos haud mediocris est negotii.

...ecti. Tertium par rectorum sub obliquorum neruosis tenuitatibus locatum est, *...itus.* qui a pectoris osse paululum supra mu- *...ubstan ...ia.* cronatam cartilaginem oriuntur, substantia per totam lōgitudinem carnosi. ab elatiore parte etiam tendo nusquam est con- *...ōnexus* spicuus. quin & in pubis os carnis interuētu insinuantur. Ac in hisce partibus exacte inuicem coeūt: idque hoc ipsis primū accidit, inferius quàm animantis vmbilicus est. Nam superior eorum portio adiacet quidem, non autē adunitur. Imo dextrum sinistro incidentem, in sinistrum pubis os, sinistrum vero in dextrum, aliquando implantari animaduertimus.

...rāsuer Quartum par transuersorū tum ex to- *Situs* ta superiori ossis ilium parte, tum ex late- *...origo.* ralibus vertebrarum quæ in lumbis sunt, processibus oritur. Verū non statim vterque musculus est, quum primum enasci- *...ubstan* tur: sed membranosum duntaxat ligamē- *...* tum ex commemoratis ossibus productū

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

deinde in processu, fibris adauctum transuersis, in musculi figuram degenerat, & cuiusque costę nothę extremi partibus internis subhęrescit. Quemadmodum vero musculi fibrarum accessione facti sunt, ita rursus in anteriori parte ipsis destituti, in latum tendinem contumaciter peritonęo adhærentem terminantur.

Cõnexu

Quod in ventris suturis diligenter animaduertendum est, nam hæc ignorãtes, eum tendinem tanquam peritonęum attollunt, & ex ambobus dictis compositũ consuũt. dico autem ex peritonæo, & musculi membranosi fine.

Error in suendo uentre. Castro rhaphia

Porro in hunc modum incidere omnes conuenit. Linea recta candida, vbi cutim ademeris, à mucronata cartilagine per medium vmbilicum adusque pubem apparet, qua recti musculi distinguuntur: quę merito est ambientibus candidior, quum nulla ei caro subsit.

Administratio omniũ musculorũ

Iuxta huius lineæ candorem membranosi obliquorum musculorum tendines coeunt, qui rectos tegunt musculos. quare lineam hanc primum leniter secabis, vt nihil eorum quæ subsunt conseces, sed tẽdines obliquorũ rectis insidentes, & super ipsos coeũtes à mutuo cõtextu secernas.

Obliquorũ admi

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

Nam peculiare rectorum musculorum operculum parum studiose incidentibus esse putantur.

Vbi iam superficiarium obliqui descendentis musculi tendinem, deinde secundũ sub ipso qui à secundo musculo vtrinque nascitur, à rectis musculis & transuersis separaueris, ac vbi vtrunquevtrique cõnexum ostenderis, rectorum musculorũ consectionem aggredere. Sic enim totum opus clarũ euadet, vt nihil confundatur, musculis simul cum neruosis ipsorum tenuitatibus distinctis. Nam si rendo à carne fuerit auulsus, vix poteris ipsum postea separare, vt his qui rectos primum aggredi solent, vsu venit.

Rectorũ admi. Rectum musculum hamulo eleuabis, vel sinistra manu ad latus modice actum digitis videlicet quatuor ad eius longitudinem iniectis, dissecabis, paulatim à subiectis corporibus separans: inde initia ipsorum iuxta cartilaginem mucronatam liberato. eóque sic facto, venas ac arterias ab interna ipsorum parte inspicito, quæ ex vasis ad crura tendentibus in hos propagatæ, sursum feruntur: deinde cum extremis venarum & arteriarũ quæ per thoracem à glandio, ad pręcordia deferũtur,

Venæ in rectis musculis extãtes, cũ eis quæ ĩ thorace cõsistũt, coeunt.

in idem coeunt. Per has mamillls cũ vte- *Mamillis*
ro, vt postea dicetur communio est. *cũ utero*
Restãt incidendi trãsuersi musculi, q mẽ *cõmunio*
branosis, tenuibusque tẽdinib⁹ adeo peri *Trãsuer*
tonęo obhęrescũt, vt pars eius esse uideã *sorũ ad*
tur nõnullis. sed fibrę ipsos intercurrẽtes *mi.*
apparẽt, qđ in peritonęo nõ est. Diligẽter
itaque rẽ administrato, ne dũ musculi tẽ
dinẽ à peritonęo liberas, hoc cõuulneres.

De octo igitur abdominis musculis abũ
de satis dictum erit, si vsum eorum adie-
cero. Sane is est, vt subiectas partes mu-
niant quodam modo, operiântque: tum
vt magnam efflationem, & vocem fæ-
cúmque cum septo excretionem iuuent.

Post musculos cõmemoratos membra- *Perito-*
na in conspectu est, subtilis insigniter, la- *neum.B.*
tis & continuis araneorum telis simillima: *Arab.*
ex simplicium & primorum corporum nu *Siphac.*
mero, quæ & similaria nuncupare legiti- *Perito-*
me solemus, peritonæum dicitur, aut pæri *næi ap-*
tonæos membrana, aut peritonæos tunica *pellatio-*
aut peritonæum tegmentum. *nes.*

Nomen inde sumpsit, quòd omnibus *Vnde ap*
tum uisceribus, tum intestinis, tum vasis *pellatio-*
quæ inter septum transuersum & crura *nes peri-*
sunt, itẽ quòd vesicę & vuluæ obtendatur *tonæi sũ*
aut quod horum omnium sit inuolucrũ: *ptæ.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

vnde quibuſdam duæ, vt veſicæ & vtero tunicæ attribuuntur, quibus vna propria eſt: quibuſdam tres, vt ventriculo, quibus duæ, propriæ ſunt.

Sublimes peritonæi regiones. Submiſſæ.

Regiones ipſius ſunt aliæ ſublimes, alię humiles. Sublimes (in animali reſupinato quod incidis, intelligito) circa vmbilicum, & cutem ei continuam, propéque præcordia conſiſtũt. Humiles ac demiſſæ, in imo ſpinæ ſuffultę pariter & circundatæ, prope os latum, vſque ad coxas, & pectinis oſſa in longitudinem habentur. Procedit aũt ab anterioribus partibus, ad dextram & ſiniſtram iuxta ilia aduſque lumborum vertebras: quo fit, vt omnibus commemoratis circumtendatur. At finis ipſius ſuperior quidem, inferiori diaphragmatis parti ob naſcitur: a qua ſimiliter detrahere cõuenit, altius ſpinam accedendo. Verum à neruoſa illius regione difficilius, quã carnoſa diuellitur.

Peritonæum ſepto ſupiusob naſcitur

Vẽtriculi initio cõnexu peritonæũ et toti ipſius corpori.

A ſepto iuxta ſiniſtram connectitur cũ ventriculi initio, quod os ipſius dicitur. huic primum obhæreſcit: mox toti ipſius corpori, craſſeſcens interea, vt labor ſit ipſum à ventriculo excoriare.

Hæc eſt origo tunicæ ventriculi tertiæ, vt quidam putant omniũ extimæ. quam

vtique & operimentum quoddam & pro pugnaculum ſecundę carnoſæ natura circundedit: quámque fecit totius vētriculi ad ſpinam ligamentum, cum ijs vaſis coiens, quæ per dorſum ſub ventriculo deſcendunt.

Peritonæum tertia uentriculi tunica.

Prope vmbilicum tenui trāſuerſorum muſculorum tendini cōnexum eſt, à quibus ipſum haud mediocri negotio citra alicuius auulſionem liberari diximus.

Peritonæi non eadē ubique craſsities.

Non tamen æqualis ipſi craſsities in omnibus, quibus obtenditur, ineſſe apparet: ſed in quibuſdam craſsiore ſubſtantia, in nonnullis ſubtiliore: in iecore quidem, tenuiſsimum viſitur: ita quoque in liene, magis autem in renibus: craſsius in ventriculo & inteſtinis, veſica & vulua. Quare quibuſdam impoſuit, tāquam peculiaris pars eſſet earum, quas modo cōmemorauimus.

Tale autem merito circa inſtrumenta creatum eſt: quæ aliquando repleta in tumorem attolluntur. Potius enim erat, vt ipſum ſimul cum his extēderetur, Quod ſi admodum eſſet tenue. non citra offenſam id ſuſtineret.

Craſſum iuxta uē triculi gibbum.

Vnde fit, vt iuxta extuberatiorem ventricnli partem qua ſpinā attingit duplex

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

habeatur: qua magna vena cum arteria ei apposita ipsi toti sublimius insidet, & numerosa quadam tenuium vasorum series ex magnis illis in eundem propagatur, alia post aliam cõsequenter, vnaqua linea & ordine.

Peritonæum loci ratione duplex nomen sortitur. Magnũ. Exiguũ.

Cæterum peritonæum, quod extrinsecus omnibus obducitur, magnum dicitur: quod partes aliquas seorsim integit, exiguum. quos processus laxos ideo nomines licet grandioris. Illud autem iuxta elatas sui partes ad inguina vtrinque foramine peruium est, per quod seminalia vasa ad testes perueniunt.

Peritonæi foramina in inguinibus.

Figura peritonæi circularis.

Quòd si priuatim peritonæum absque omnibus quæ id contegit, inspicere voles, circulum quendam aut sphæram referre tibi videbitur. Vt autem hoc assequaris, ipsum ad spinam vsque à sibi incumbẽtibus corporibus separabis, quod fiet si illi obhærescens transuersus musculus, vt antea admonuimus, omni ex parte ab ipso liberetur.

Vsus peritonæi complures.

Vsus sunt complures. Primus, quo vniuersas partes subiectas, ventrem, & intestina, visceraque infra septum sita, cõtegit.

Alter, quo hæc ipsa ab extrinsecus incumbentibus musculis interstinguit: ne

quando tenuium inteſtinorum aliqua, in media inter ipſos ſpatia incidant: & dũ premunt aut premuntur, arctant aut arctantur, inflant aut inflantur, motus illorum impediant: ipſaque difficillime recrementa deorſum tranſmittant. id quod nunc non accidit.

Tertius, quo ſicci alimenti ſuperflua ſepti auxilio propellit. Nam eodem perueniens peritonæum, quo diaphragma, nõ nihil expulſorio ventris & inteſtinorum motui ſuccurrit. Siquidem peritonæo ab octo abdominis muſculis & ſepto à retento ſpiritu depreſsis & tanquam duabus manibus, ſupra quidem vnitis, infra autẽ diremptis, ea quæ in medio habentur, cõſtricta, cibi excrementa deorſum & premunt & propellunt.

Quartus vſus eſt, quo ceu inuolucrum exacte circundatum, ſtringat omnia, ne ex facili venter flatibus infeſtetur. Quippe huc conduxit propria ipſius facultas: qua vtens, ſemper ijs quæ intra ſe continet, circũfunditur, & vndequaque ea cõſtringit. Non parum autem auxilij adfert peritonæum, etiam quũ imbecilior hic q̃ vt facile circũfundatur, ex quibuſlibet cibis, vaporib9, flatuoſóque ſpiritu ĩpletur:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

constátque, & cibum necessario interea concoctione destitui, & digestionem eius in corpus tardari. Quum autem & venter, & intestina, & peritonæum, robusta sunt omnia, & circundantur, cibus etiam flatulentus admodum ingestus, & concoquitur, & facile distribuitur:

Postremus vsus est, quo omnia, quæ sub septo sunt, ab eo colligentur, & velut à pelle quadam vnumquodque seorsum tegatur.

Peritonæo rupto. Quòd si eius continuitas violetur, non parum adfert periculi, potissimũ si quid interiorum vnà sit vulneratum. Solo autem circa vasorum seminalium transitum rupto, aut extenso, intestina in scrotum reuoluuntur, qui affectus enterocele Græcis, nostris intestinorum hernia dicitur, ex ictu, saltu, clamore, relaxattone, aut alia partium imbecillitate proueniẽs. *Enterocele.* Interim eo disrupto, aut laxato, corpus aliquod in inguina ascedit, ac bubonicele affectus appellatur, hoc est, inguinum hernia, cui pro corporum & substantiarũ ad scrotum, aut ad inguina deuolutorũ natura nomina imponuntur, nam si intestinum descendit enterocele, si omentũ epiplocele, si aqua hydrocele, si melan- *Bubonicele.*

cholicus ſanguis in vaſorum anfractibus colligitur cirſocele, ſi ſpiritus pneumocele, hi affectus dicuntur. Item aqua inter hanc membranam & inteſtina per hydropen colligi ſolet, quæ ab vmbilico digitis tribus abdomine cum peritonæo inciſo extrahi ſolet. Niſi fortaſsis vulneris difficiliorem vnitionem veritus, in carnoſiore obliquorum & tranſuerſorum parte, ſectionem aggredi mauis. Si iecur in cauſa eſt, in dextra parte: ſi lien, in ſiniſtra. Nūc ad alia ſe noſtra conuertat oratio. *Aqua in hydrope inter peritonæū & inteſtina colligitur.*

Secto per rectā lineam peritonęo (vmbilici vaſis in commodiorem locum relictis) corpus quoddam occurrit, veteres Græci epiploon & epiplun, nos omentū appellamus, ex duplici illo, hoc eſt, duabus tunicis, denſis, ſubtilibus, mutuo ſibi iucumbentibus, multis præterea venis & arterijs, pinguitudine non pauca contextum, vt ventrem, cuius fundo inſidet, foueat, innatúmque calorem per inediā tueatur. Quibus autē per vulnera id excidit, vt præſcindi id fuerit neceſſarium: ij ventrem habent frigidiorem, minus coquunt, & operimentis plurimis indigent. *Omentū* *Subſtantia* Partes. B. *Arab.* *Zirbus.* V*ſus.*

Figura hoc, marſupium, ſacculum, & peram repræſentat. Id quod habere ſic *Omenti figura.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

euidẽtius deprehendes, si ipsum à spinæ partibus & ventriculi fundo abscissum, & nulla parte vel perforatum, vel diuulsum cupias implere, aut liquida, aut solida substantia. Inde siquidem totum, si integrum est, & sibi continuum, marsupiorum modo replebitur.

Situs. Quibusdam vero animantibus haud multo infra vmbilicum consistit: quibusdam ad pubis ossa descẽdit. Homines hoc habent maximũ & simiæ inter animãtia. & inde plerique homines sæpe dicuntur epiplocoomistæ, quasi dicas omẽti gestores. licet in hominibus nonnunquã ad alterum latus sursum reuulsum appareat. *Epiplocomistes*

Omenti origo. Origo eius est ad spinam, vbi vena magna arteriaque primum exporrigitur: vnde multas propagines capillorum modo tenues recipit, vt ex vena, quas portas vocant, alias, sed maiores, & numerosiores: vti videbis si id ad pubem vnguibus laceres, & superiorem ipsius tunicam thoraci expandas, inferiorem intestinis porrectã relinquens, vt spacium videas membranis intercedens ad præcordia. præter vasa, neruo ex sexto cerebri pari sensus gratia intertextum est. *Venas, arterias recipit.* *Administratio.*

Cõnexus Vasorum horum interuentu, natura

omentum cõmisit lieni ipsi, glandulosæ carni, quæ pancreas dicitur, tenuis intesti ni initio, ecphysi dictæ, mesenterio, colo, ventriculo, iuxta cauũ. Nam in has partes vena porta ramos mittit septem insignio res, vt postea apertius dicetur. Adnascitur etiam aliquando, sed rarius, iocinoris fibræ, alias alij, & spuriç cuidã costç, neque huic vni perpetuo, sed vt euenerit. His au tem connexum est partibus, ne ipsum fre quenter circa se inuoluatur, implicetur, & multa operimenti indiga relinquat. *Vsus.*

His consideratis liberandum est ab intestinis, quibus raris & tenuibus ligamen tis in latere dextro cohæret. Ea iam commota nonnihil in locum suum quantum licet repones. *Præparatio administrationis intestinorũ.*

Situm duplici modo condisces: vel ab exortu eorum, vel ab extremo incipiens. *Situs recti intestini.*

Primum ab ano intestinum est rectum spinæ è directo incumbens, spaciosum, excrementi receptaculum.

Hoc sequitur colon, crassum intestinũ, tenuibus vt & alia duo crassiora, carnosum: quod à sinistro rene ad dextrum super ventriculi fundum fertur, donec sæpenumero & lienem & iecur attingat. *Coli.*

Inibi ferè cæcum anfractuosum succe- *Cæci.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

dit. medio inteſtinorum, quod menſenterium dicitur, modice innitens;. Hoc mirũ in gliribus capacitatem ſortitũ vidimus. Illi proxima ſunt ilion & ieiunum in varios implicata orbes. Ambo regionem vẽtris inferioris elatiorem ad vmbilicum occupant.

Ilei & ieiuni.

Reſtat exortus inteſtinorum, quem ex pyloro inteſtinum excipit. Quidam hunc non prius vocare inteſtinum dignantur, quàm in orbes anfractúſque circumuoluatur. Atque ideo alij ſimpliciter productionem, alij cum appendice duodenum digitorum, Græci ecphyſin dodecadactylon appellant.

Exortus inteſtinorum.

At pars media inteſtina complectens, vocatur Græcis meſenteriũ & meſareon: vtroque nomine ab accidentibus, meſenterio quidem à ſitu, meſaræo à propria ſubſtãtia, indito. Originẽ ducit ex peritoneo iuxta ſpinã, id quod cognoſces ſi ipſum cum inteſtinis manu ſubleuaueris.

Meſenterium. Origo meſenterij.

Omnes venas ex iecore in ipſum deſcẽdentes, vnà cum vicinis arterijs, & neruis in orbem complectitur, quemadmodum inteſtina: ad quæ illæ excurrunt, vbi ceu radices in arboribus inſeruntur. ac deinde inuicem coeuntes, ad vnum omnes

Venæ meſeraicæ. Arteriæ. Nerui. B. Manus iecoris.

principium perueniunt.

At venæ aliæ meſenterij verſus iecoris portas tendunt, diſtribuendi chyli gratia: vnde & manus iecoris dicuntur, in quibus primum etiam ſanguis generatur. aliæ propriæ ſunt ipſius, in hoc factæ à natura, vt inteſtina nutriant, non terminantes ad iecur. *Venæ meſenterij.* *

Omnes autem venas, quæ ad iecoris portas in vnum colligũtur, ex facili cõperies: arterias vero non item, vt quę magis exãgues ſint, & craſsiori tunica obductę.

Porro ne vaſa commemorata, dum animal ſalit, aut cadit, aut vehementẽ ictum extrinſecus experitur, frangantur, rumpãtur, & afficiantur: natura meſenterium ex duplici tunica, qua omnia eius vaſa connectat, conueſtiat, ſit ipſis ligamentum & propugnaculum, machinata eſt. *Vſus meſenterij*

Quum autem vena, arteria, neruus, inibi in ramos diuaricentur, merito ſciſſuras earum, ob quas facilius afficiuntur, glanduloſo corpore, quod etiam pancreas appellaui, repleuit. Huic molli & mediocri-cedenti materiæ vaſa hæc omnia implicuit: ne duro ſtatim corpori incidant. *Vſus glandulosi corporis*

Licebit ea ex toto corpore exempta per ſe inſpicere. Nã ad lucem ipſa prout libet

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

poteris vertere, & multifariam alias ad aliam figuram transferens, tum in ipsis particularum constructionem exactam tenere. Quod vt commode præstes, aliqua funiculis intercipienda veniunt: rectum intestinum, amplo satis spacio, ne quid ex ipsius musculis incidas: item venæ portæ ramus insignis qui ad mesenterium est: deinde ieiuni principium, cauēs, ne meatum biliosum violes, qui ipsi inseritur.

Administratio.

Postremum mesenterij arterias, quarū vnam circa illos qui in renes feruntur ramos, aliā idque in hominibus potissimū, infra renes ad mesenterij mediū iuenies.

His ita vinculis interceptis ac diuisis mesenterium totum pariter cum ipsis intestinis auferes. nisi tamen in suo relicta loco, singula contemplari lubeat, neque enim id vetamus.

Sunt itaque gracilia in multos anfractus conuoluta: primum ieiunum vasorū complurium serie intertextum. Ita autem dictū quòd, & plurimū inane, tum ob venarum copiam quæ per mesenterium in simam eius partem pertinent, tum bilis purioris influxum existat.

Ieiunum unde dictum.

Alterum ileon, vnde & morbo nomē, substātia huiç simile. Differt autem quòd

nec vacuum reperiatur, nec vasis tot scateat, idque parte caua. Nam cum permulti i eis sint gyri anfractuũ, necessario pars ipsorum altera globa, altera caua existit.

Atque hic vsus tenuiorum est, nempe non vt cõcoquant, sed vt totum id quod in succum versum est, in venas ex iecore in ipsa pertinẽtes transumatur. Nõ enim antea cibus à ventriculo emittitur, q̃ perfecte sit concoctus: quanquam & in transitu per intestina magis elaboretur. *Tenuiorũ intestinorum usus.*

Idcirco anfractibus gracilium intestinorum multis opus erat: vt si quid alimenti effugerit, dum primum orbem permeat, in secundo tunicam illorum (ad quam venæ oris hiant) contingant, atque ideo etiam ora vasorum. Sin hunc quoque effugerit, tertio, vel quarto, vel quinto, vel alio deinceps.

Itaque ratione angusti intestinorum transitus pluriúmque orbium, quælibet cibi pars tandem vasis orificio appropinquare cogitur. Verum arteriarum orę ad intestina peruenientes, modicam cibi portionem, venæ plurimam transumunt. *Arteriarum ora*

Crassorũ intestinorum usus.

Crassa, nempe rectum, colum, vnde & colicus dolor appellationem sumit, atque cæcum, segregatam alimenti superfluita-

tem excipiunt, eóque vasis indigebant ad transumendum paucioribus: anfractuosa autem, ne cumulatim fiant excretiones. ac ne assidue egeratur, coli amplitudo p longa interualla efficit, tanquam secũdus quidam venter siccis recrementis submissis: sicut & vesica vrinis.

Intestinorum tunicæ. Porro singula intestina duas habent tunicas: internam carnosiorem, externã mẽbranosiorem. quam enim tertiam in his nõnulli arbitrantur, peritonæũ est, ipsis obtensum, in tunicam plane degenerãs.

Quare duplex tunica. Duplex autem facta est, partim vt virtus excretoria ipsorum esset valẽtior: partim, vt hæc ipsa instrumenta minus afficiantur. Nam aliquando interior per dysenterias, aliósque affectus longos putrescit, exteriori salua: eóque ægroti nonnũquam euadunt.

Fibræ tunicarũ. Porro fibrarũ motu omnes tum actiones, tum facultates fiunt: circularium, seu transuersarum excretoriæ, rectarum attractoriæ. Quibusdam intestinis quædam fibræ rectæ ad longitudinem intendũtur, ad transuersarum defensionem. Periculũ enim erat, orbiculares à mutuo commercio diuelli, nisi à rectis extrinsecus continerentur, veluti à ligamento aliquo. Eius

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

rei cauſa tales in recto inteſtino permultę ſunt: quoniã copioſis & duris ſuperfluitatibus ſicci alimenti inibi collectis tunicas inteſtini ei⁹ circũtrahi fuit neceſſariũ.

Nerui inteſtinorum tunicis ex cerebro inſeruntur, tum ſenſui, tum excretioni ip ſorum inſeruientes. Bilis autem meatus in ecphyſim inteſtinum ex iecore deſcen dens, vehementiam actionis adiuuat, & pituitam inſidentem expellit. *Nerui inteſtinorũ* *Bilis meatus in ecphyſim.*

Iam vero exemptis omnib⁹ inteſtinis, ventriculi, iecoris, lienis, renum, veſicę & vuluæ in fœminis natura conſideranda eſt, dilatis ani muſculis, qui niſi pube dirempta nequeunt demonſtrari.

In quam itaque partem, cibum animãtia recipiunt, ventriculus nominatur. incipit à mucronata cartilagine, medius exacte inter ſiniſtram & dextram animalis partem. Sed magna eius portio dextram occupat: vtrobique ſingula habet viſcera: dextro latere iecur, cuius fibris tanquam digitis comprehẽditur: in ſiniſtro, lienem inferius protenſum, vt ab ijs concaleſcat, & cibi ab ipſo. Rotundus, quoniam hæc figura & minimum iniuriæ op portuna, & maxime capax. Oblõgus, quo niam inferius ad inteſtina procedit: ſupra *Ventriculus.* *Situs.* *Figura*

ſtomacho committitur. Fundo ampliori q̃ ſuperioris oſtij regio eſt eo, quòd hoc deorſum vergit quum homo erigitur. In poſteriore parte ad ſpinam cauus.

Tunice uentriculi. Ventriculus hic ex duobus latis tenuibúſque corporibus conſtat, ceu plexibus ſibi inuicem cõiunctis: quemadmodum inteſtina, ſed diſsimilibus natura. Nam interna vẽtriculi tunica, vt ſtomachi, membranoſior eſt: rectis fibris ſuperne, deorſum procurrentibus intertexta. Externa vero carnoſior tranſuerſis, quales habent duæ inteſtinorum tunicæ, idque bona ratione. ſiquidem inteſtina diſtributioni dicata ſunt: ventriculus autem, ſtomachus, & os ne iniuria afficiãtur, cõſtructa ſunt. Nam duras, magnas, aſperaſque moles ſæpe deglutimus, à quibus particulę cõtunderentur vtique, raderentúrque, niſi duræ & denſæ factæ eſſent.

Hinc tunica ori, ſtomacho, & ventriculo communis, rarior molliórque fit paulatim aduſque ventriculi fundum. Nam inſtrumentum primũ cibi occurrens, priuſquam aliquo modo conficiantur elaborentúrque, ratio fuit omnium id fieri ad iniuriam contumaciſsimum.

At etiam continua eſt interna ventrico

li, ſtomachi, & oris tunica. Hoc.n.accommodatius erat cibis attrahendis.

Fibris hęc rectis intertexta eſt. Attrahat enim ventticulus cibum & potionem per ſtomachum oportet, huiuſmodi fibris ceu manibus aliciens: propellat autẽ tranſuerſis: inteſtinis vero, quoniam attractoria facultate non indigebant, ſolæ ad expellendum idoneæ fibræ ad eorum functionem ſufficiunt. *Fibræ uẽtriculi.*

Porro meatus ventriculi inferior, quẽ à portæ ſimilitudine pylorum nominant, fundo inteſtinis vicinus, ore ipſius arctior eſt, quòd rudes, non tritas, duras, magnaſque moles aliquando animal deuorat: ad quarum ingreſſum, amplam ventriculi viam eſſe oportet, infra contrario, nihil magnum, durum non verſum in ſuccum, crudúmque trãſit. atque hinc etiam ſtomachus amplior eſt ventriculi orificio. Initium inteſtini, quod ec phyſis dicitur, pyloro ſtrictius. In pleriſque animalibus glandulæ inibi ſitæ anguſtiam augent: maxime cum ventriculus recentoria facultate vtitur, concoctioni intentus. tunc enim vtrũque oſtium arctiſsime coactum commiſſúmque clauditur. quũ expellit, omnia cõſtringit alia, cõgregat, *Glandulosa caro ad pyloron.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

& arctat: meatum vero aperit, per quem ea quæ propellit, euacuari oportet.

Venæ uētriculi. Venæ pauciores quàm ad inteſtina ad interiora ventris, & eius orificium, & pauciſsimæ eæque obſcuræ ad ſtomachum perueniunt, ex iecoris portis profectæ, eo quòd vbi coqui tantum cibos oportet, omnino paucis opus eſt tranſumētibus, quantūcunque iam eſt benignum & vtile. At vbi concoctum iam diſtribui quam citiſsime oportet, pluribus indiget, eóque inteſtina vaſis ſcatent quàmplurimis.

Arteriæ uentriculi. Item arteriç exiles magnæ illius per ſpinam reptantis ſoboles, vitalis roboris gratiam in eum perueniunt.

Nerui. Neruorum haud exilium par ex cerebri coniugatione ſexta ad ventriculum defertur, diſpargitur, implicat, intexitque ipſum, præſertim eius os & partes ori vicinas aliáſque iam ad fundum vſque procurrens. per quos veluti riuos & ductus aliquos vis animalis à cerebro diſpenſatur, qua venter ſentit indigentiam, bilioſi humoris, ſi eo irrumpat, roſionem: præſertim ī orificio, qui cardiogmus dicitur.

Vas uenoſum ex liene. Ad hæc vas venoſum ex liene in ipſum porrigitur, quod humorem defert melācholicum, quo etiam, ventriculus con-

ſtringitur

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

ſtringitur corroboraturque.

Omentum habet ante, vaſorum tradu- *Cõnexus*
ctu connexum, corpus denſum ſimul &
læue. Denſum, vt intus caliditatem nati-
uam cõcludat: læue, vt ſine moleſtia preſ-
ſúque calefaciat.

Retro ſpinæ, & venæ cauæ & arterię de-
ſcendentibus adfixus eſt, qua parte ma-
gis cauus quâm anteriore eſt: his quidem
vt ſubſterniculo cuidam molliori: illi ve-
ro, tanquam propugnaculo cuidam den
ſo & craſſo. Supra œſophago cohæret, in
fra inteſtinorum initio.

His ita adminiſtratis, ad iecur accedito, *Iecur.*
quod ventriculo inſidere diximus. Maxi-
ma huius portio in omni animantium ge *Situs.*
nere dextram ſedem occupat: quanquam
& ſiniſtram, ſed non æque.

In cunctis tamen reptilibus, & quibus
id maximum eſt, magnam ſiniſtræ partẽ
comprehendit.

In hominibus autem, ſi ad alia quædã *Magni-*
animantia conferas, perquam magnum: *tudo.*
maius timidis & guloſis, in pluréſque di-
uiſum fibras. Subſtantia ſanguini euapo- *Subſtan*
rato, incraſſatóque ſimile eſt: quæ paren- *tia.*
chyma appellatur, prima ſangnificationis
officina: propterea & venis quæ ad ven-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

Facultas trem & inteſtina pertinent, facultas quædam ineſt ſanguiſica: qua ſuccum illum qui ex cibis diſtribuitur venæ meſeraicæ in rudem ſanguinem conuertere natæ ſunt, priuſquam ille ad iecur perueniat.

Figura. Porro gibbum eſt & læue, qua ſeptum tranſuerſum attingit: cauum vero & inæquale, qua ventriculo inſidet, quæ figura rupium præcipitio nō abſimilis eſt. Verum in omnibus non reſpondet, ſed latitudine, longitudine, craſſitie, altitudine, fibrarum numero, inæqualitate ex anteriori parte, quā craſſiſſimum eſt, & ſummitate orbiculari qua extenuatur, inuicē

Fibræ iocinoris. lobi. diuerſum eſt. Etenim in quibuſdam ne fibras quidem habet, ſed ex toto rotundū, minúſque rectum: quibuſdam duas, alijs plures, multis & quatuor obtinet.

Iecur uenarū prīcipium. Hoc viſcus omnium venarum eſt principium: etenim duas ex ſua ipſius ſubſtantia grādes emittit, e quibus in omnes per totum corpus venas ſanguis diſpenſatur. Altera in caua viſceris parte eſt: altera ex gibba emergit.

Prior itaque, in quā omnes ex meſenterio ad cauā iecoris partē colliguntur ſupficiaria & caudicis nomine ſtelechiæa Grę ce, Anatomicis portę iocinoris appellatur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

Huius venæ rami, quos mox subijciam *Portæ iecinoris.*
omnes in vnum iuxta portas coeuntes,
natura rursus in quamplurimas diuisit.
Primum in singulas iocinoris fibras, singulos ramos insignes inserit: quod videre est, si laminam quandam aut ferri aut ligni per maximum venæ os in aliquam fibram conijcias, leniter propellens. Hæ rursus fibrarum venæ, in multas exiles *Venarũ in iecore distributiõis rõ.*
diffunduntur, tanquam caudex in ramos: deinde illi rursus in surculos quosdam. postea illi veluti in germina quædam tenuia desinunt: ob eam nimirum causam, vt alimentum diutius in viscere immorans ob tantum vasorum implexũ, & itineris angustiam, exacte in sanguinẽ transmutetur.

Hoc intellecto priusquam ad gibbam iecoris partem peruenias, vesicam quandã *Vesica fellis. cystis choledechos.*
exiguam fellis receptaculum in caua iecoris parte appendulam, meatúsque nõnullos considerato: quos, quia bilẽ recipiunt, poros choledochos, sicut & ipsam vesicã Græci nominant. Iidem ex iecore bilem, vt renes vrinam trahunt, eliciúntque.

Procedunt itaque ex omnibus iecoris fibris meatus quidã, qui in medio iecoris cauo in vnum coeunt, bilem in vesiculam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

fellis diriuantem. Deinde ex eodem meatu, alius canalis pertinet, bilem e vesicula in intestina non procul a pyloro expurgans.

Nonnullis posterior porus geminus visitur, mediúsque in ventriculi fundum insertus, in illum quoque bilem deferens: Sed hunc falso in omnibus hominibus, vel saltem exiguum esse, nonnulli affirmant.

Arteriæ. Iocinoris

Sunt autem hi meatus bilis in iecore priores, quàm venæ alimentum excipientes, vt commodo ipsorum situ purgatum iam sanguinem caua vena excipiat. Ita arterias meatibus his minores, quæ insiti caloris symmetriam toti visceri conseruent, soli cauæ regioni tradidit natura, sciẽs gibbæ ex septi vicini motu euentilationem esse continuam.

Vena caua.

Omnia hęc contemplatus gibbam iecoris examinato. Ex hac omnium totius corporis venarum maxima prodit, quæ caua ob magnitudinem dicitur, per totam animalis longitudinem excurrẽs: sursum ad cor, deorsum ad spinã reflexa: in qua primum sanguis purus colligitur, sed per initia tenui & aquosa humiditate multa plenus: quam Hippocrates alimentivehiculũ

nominauit. Quomodo autem hæc vena distribuatur, in processu sermonis dicetur: si hoc adiecero, ea violata, mortem se qui præsentaneam.

Simæ p̃tis uenæ cũ ijs q̃ gibbã p̃reptant, nõ coeũt

Porro simæ partis venæ cibum transsumentes cum ijs quæ gibbam perreptant, nõ coeũt: id quod apparet, si laminas aut stylũ in vtriusque partis vasis immiseris, carnem cultro præcipue obtusiore deradas ac contundas. Habent autem ambę tunicam tenuem, qualem nulla in toto animante alia: siquidem hoc sanguificationi magis conferebat.

Nerui iocinoris.

Superius dictum est, peritonæum iecori tenuius obduci, quod ipsius tunica nũc & velamentum dicitur, in quod neruica propago sextæ cerebri coniugationis inseritur, in viscus ipsum non omnino, aut certe non in totum, eo quòd satis est ipsi, cũ naturalis facultatis principiũ sit, hebes aliquis sensus, qui fit per distributionem.

Cõnexus

Cæterum connexum est hoc viscus vẽtri, & omnibus intestinis venarum commertio, & tunicæ ea colligantis, quæ à peritonęo ducit originem. Septo autem alio ligamento, substantia peritonæo simili, vt quod originem habeat ex iecoris operimento, & tunica septum ab inferiore par

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

te ſuccingente:verũ robore & contra iniurias firmitate permultum à peritonæo ...re variat,ne rumpatur in vehementiori motu.ſiquidem cum erecti ſteterimus, neceſſe eſt iecur à ſepto ſuſpendi.

Quin & cordi committitur:etenim caua vena, quam ad cor per ſeptum dixi aſcendere, quæ vt poſtea audies vberius in ipſius dextrum ſinum aperitur:ne dicã arteriæ coſortio,vt nerui,cerebro:vaſe venoſo,lieni.

Lien. His in præſentia relictis, ad lienem iecori oppoſitum ire tempeſtiuum eſt:mox reuerti ad venas, quæ ex caua iecoris propagantur.

Situs. Lien igitur in ſiniſtra animantis parte *Magnitudo.* conſiſtit,concauo ipſius in dextram conuerſo ad iecur & ventriculum inferius. *Color.* Magnitudo & color non eſt idem in omnibus.quippe leo,canis,omniaque fortia & calida animalia nigrum admodum obtinent:ſus autem,& humidiora frigidioraque,albicantem magis.

Corpus huius viſceris,quod parenchyma vocant, rarum & laxum eſt ſpongiæ modo, vt facilius craſſos humores ex ie-*Vſus.*core tum alliciat,tum ſuſcipiat:læuius eſt quâm iecur,non tamen rubicundius,aut

flauius: quia ſubtili quidem, ſed atro ſanguine nutritur.

Caua viſceris regio tum arterijs numerofis & grandibus, tum venis intertexta eſt. His craſſius attrahit alimentum, illis ſubtilius. *Partes.*

Verum arteriæ potisſimum tum humorum ex iecore confectioni conducunt, tum carnem lienis vt rara ſit tuentur: præterea motu ſuo continuo inſitum parti calorem conſeruant, eleuatione refrigerantes, ſubmisſione fuliginoſa recrementa expellentes. quæ quum propter humorum in eo ſubſiſtentium prauitatem, & craſſitiem plurima ſint, merito tum multæ tum grandes extitere. Si quid tamen elaborationem in liene effugiat, nec poſſit in tenuis probique ſanguinis ſpeciem conuerti, id totum ad ventriculi os, per venoſum canalem lieni eructat: non parũ illic, vt dixi, vtilitatis præſtiturum. *Arteriarũ vſus.*

Sima itaque ipſius pars venarũ cõmercio cum portis iecoris iungitur, arteriarũ cum corde: venoſi cuiuſdam canalis, venarũque propaginum diſtributione, ventriculo, vt etiam omenti regionibus. Gibbę, cũ ad ſpurias coſtas ac ilia recedat, nullum vas inſertũ eſt, ſed ea paucorũ fibro- *Cõnexus*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

ſorúmque ligaminum alias aliorũ tradu-ctu vicinis partibus committitur.

Tunica lienis. Iam tunica lienis, quę omni ex parte ipſum inueſtit, & operit, ligamenti ad commemorata viam pręſtat.

Adminiſtratio uẽtris inferioris. In hunc locum diſtuli venæ portæ diuaricationem, quam omnium primam in ventre inferiori diligentisſime inſpiciendam ſuadeo, à nuper dicta adminiſtratione parum varians.

Diſſecto itaque peritonæo, & omento ſuper pectus reuoluto, inteſtina à recto incipiens, ad ventriculum vſque ſolis manibus oſtendis. deinde illis in ſuum locum vtcunque repoſitis, ipſis omentum obtendis, ac illud vnguibus parte inferiori diſrumpens, ſuperiorem partem ad pectus eleuas, inferiori ſuper inteſtina relicta.

Venæ porte admi. Poſtea ventriculum ac inteſtina leniter manibus à cauis iecoris protrudis, & cultello non nimis acuto, organa ſibi ad iecoris caua inhærentia ſecernis: primum bilis poros, deinde neruulos in iecoris cauum & fellis veſiculam delatos & iecoris arterias. Poſtremo inter hæc porta ſeſe offert, quæ iecur egreſſa propagines primũ in bilis receptaculum, deinde alios his ma

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

iores in carneam ſubſtantiam, quæ ecphy
ſi ſubſtrata eſt, diffundit.

Iuxta hanc aliam ad dextrum ventricu
li fundi diſſeminatã inquires, quæ nume
roſe in ventris fundum & omenti ſuperio
rem membranam propagatur.

Poſt has porta in duos inſignes ramos
bipartitur, vnus ad meſenterium, alter ad *Maxima*
inferiorem omenti membranã excurrẽs. *eius diui*

Protruſis itaque ad inferiora inteſtinis, *ſio.*
ac ventriculo miniſtri manibus ad ſeptũ
compreſſo, ſecundum nunc dictum ra-
mum aggredere, ac mox contueberis ve-
nam in dextrum fundi ventriculi verſus
ſpinam pertinẽtem, & huic è regione cor
reſpondentem alteram in omenti inferio
rem membranam.

Iam nũc dictis multo crasſiorem à ma-
iori hac vena vbi paululum proceſſerit, ra
mi duo producuntur. vnus ad ventricu-
li cauo ſpinæ innitens delatus, ac in mul-
tas venulas diductus, eius orificium & ſto
machum amplectitur. Secundus non ita
huic è regione per totam inferiorem o-
menti partem, primũ in binas, deinceps
in plures, tenues ac longas diſſeminatus,
fertur. *Lienis*

Quicquid maioris rami reliquum eſt, *na.*

primũ in duas diuiſum, mox his in alias & alias, per totum lienis ſimum, ſecundũ rectam lineam implantatur.

Cæterum ab his quæ ad inferiorem lienis regionem ſpectant, alia quędam ad ventriculi fundum, inter ipſum ſcilicet & omenti ſuperiorem membranam diſtribuitur. hæc ſola in canibus ſuperiorem omenti regionem & ventriculi fundum enutrire videtur.

Præter hanc, á venis in ſuperiorem lienis partẽ implantatis, alia magis verſus vẽtriculi orificium protenſa, illi inſeritur.

Has ſolas à liene ferri vidimus, licet ſemel lienem firmisſime ventriculo multarum venarum vicinio adhærere animaduertimus.

Modo ſecundum inſigniorem venæ portæ ramum in meſenterium, primum in tres propagines diffuſum & deinde in infinitas, ſequere. Hic ad rectum inteſtinũ ſatis inſignes mittit venas: verum hæ ne, an illæ quæ à caua in eam partẽ pertinẽt, hæmorrhoidas dictas venas conſtituant, apud aliquos non male ambigitur.

[A]rteriæ [h]unc di[ss]or[ũ] or[di]norũ.

Nũc vena ſi lubet integra relicta, aut varijs vinculis intercepta, & quoad posſis vnãdecũque abſciſſa, ad arteriã te cõferas.

A magna itaque arteria antequam in renes ab ea rami diffunduntur, insignes ramos contemplaberis, vnum per inferiorem omenti membranam ad ventriculi superius orificium, alterum in lienē multifariam inseri videbis.

Huic autem è regione enatum alium in iecoris cauum, fellis vesiculam & dextrũ ventriculi fundum, superioremque omẽti membranam, distributum reperies.

Iuxta hunc autem, aliam propaginem nuper dicto ramo maiorē, ad mesenteriũ in infinitos ramos diffusam inuestigabis.

Hi tres rami à magna arteria aliquando singulis radicibus enascuntur, aliquã do autem iecoris & lienis simul prodeũt: sed rarius qui in mesenterium diducitur, alijs adiunctus reperitur.

Arterijs venæ modo ablatis, ac carne glandulosa circa vasorum propagines demonstrata, inter venam cauam & arteriam ramos neruorum sexti paris cerebri, ad costarum fines diletescentes, inuestigabis. quos, si diligenter obtusiori cultro rem aggrediaris, in iecoris cauum, bilis receptaculum, omentum, lienem, & ante hos omnes in mesenterium ramos dispersos reperies. *Neruorũ admi.*

Arteria alia īme senteriū. Iam inteſtina omnia ad latus dextrum protrudes, & arteriam in hominibus inferius quā renes ſunt, in meſenterij mediū propagatam, aggredieris.

Licet modo ſingula quæ hactenus declarata ſunt iecore excepto eximere, niſi fortasſis ventriculum ob neruorum diſtributionem ſeruare deſideres. Excipies itaque funiculo rectum inteſtinum, ecphyſim, aut ſi vnà ventriculum velis auferre, eius ſuperius orificium. deinde vaſa quæ in iecoris cauo ſunt, & arterias quæ ante renes in nuper dicta organa diffunduntur, & illam quæ ſub renum regione in meſenterium pertinet. Quibus diuiſis omnia ad manum conſequentur, ſi duntaxat fortius meſenterium à ſpina auulſeris.

Admi. inteſtinorū & uentriculi. Poteris abraſis à meſenterio inteſtinis, & à miniſtro vnà cum uentriculo ablutis, ipſa iubere inflari, & illorum longitudinem quoquo modo, tunicáſque ſcalpello acutiori inueſtigare. Deinde meſenterij duas tunicas & intermedia glādulosa corpora & vaſa, vt antea comprehenſum eſt diſſecare, ac viſurus adipem ventriculo inhærentem, ipſum inuertere.

Nunc ad reliquas partes inferiores ve-

niendum est, ac primum ad vrinæ dicatas. Itaque dextra iecoris pars manu eleua- * tur, quo venæ cauæ diuisio in conspectũ veniat: quæ, vti superius comprehensum est, cum primum extra iecur fuerit, qua retro septo annectitur, partim sursum, partim deorsum magnæ arteriæ incumbens contorquetur. Vbi priusquam in lumbos descendat, præter eam quæ in renum mẽbranam pertingitur, vicinis partibus exiles impartit surculos Deĩde maximas omnium ipsius propaginum singulas in singulos renes subiectos, vt maxima arteria illi substrata alia duo vasa insignia mittit: dextram venam superius: vt & ren eius partis habetur. sinistrã inferius, quæ serosam humiditatem à sanguine secretam in renes deferunt.

Venæ ca[uæ] distr[i]butio.

Venæ sã[n]guinẽ [se]rum de[-] ferẽtes.

B. Venæ emulgentes et arteriæ.

Siti sunt hi prope cauam venam, paululum sub iocinore. Dexter autem in omnibus animantibus eminet elatior, nonnunquam iecoris fibram attingens, quia ita expeditius è directo attrahit. Aliquando, sed raro, sinister prope dextrum, aut etiã sublimior inuenitur. quando nimirum iecur vnam aut duas tantum fibras habet: id quod aliquoties obseruatum est. non nunquam vnus tantum mediæ spinæ

Arteriæ eodẽ pertinentes duæ.

Renum situs.

innixus apparuit.

Substantia. Carne conſtant denſa, ſolidâque, facultatibus prædita, quibus aquoſam humiditatem primum ad ſe alliceant, deinde alienum à familiari ſeparẽt: poſtea id per meatum, ab vrina dictum vretera, ad veſicam expellant: idque diuerſis vaſorum oris, vt aliæ attractioni, aliæ expulſioni ſeruiant. Inſuper bilis etiam flauæ multum attrahit, & ferè id eius vniuerſum, quòd vtique arterias eius & venas habere contigerit. Item non parum ſanguinis, quòd ſcilicet eius eſt humidius, & ſubtilius. Verũ bilioſum excrementum, quodcunque non fuerit admodum craſſum, cum vrinis egreditur: vnde vrinæ flaueſcunt. Ne autem ſanguis, ita per meatum vrinarium excidat, quod aliquando in renum profluuio contingit, dẽſa firmáque facta eſt ipſorum caro, in quam ille regurgitat: exundatque: & hinc iam paulatim vaporis modo in totam ipſam diſſeminatur, apponitur, adnaſcitur, verũ denique nutrimentum efficitur.

Sinus renum. Sinus in vtroque exiſtit, corpore quodam membraneo circundatus: quem vt videas, alterum è duobus renibus (dextrũ autem potius ſiniſtri vaſis ſeminarij gra-

tia) membrana adiposa ipsi obhærescente denudato: ac vbi venam, & arteriam quę sanguinem deferunt, funiculo interceperis, per gibbam eius partem in lõgum diuidito, vsque dum scalpro ad sinum eius perueneris: in quo vasa plures in ramos diffundi cernes, ac membranam, qua vrina distillat in alium sinum minorem, quẽ excipit meatus oblongus, quem vretera nominauimus.

Administratio.

Feruntur hi meatus vrinarij ex renibus singuli albicantes, validi, substantiæ vesicæ similes, anfractuosi circa vesicæ, cui inseruntur, initium. His peculiaris tunica adest, similiter omnibus, quæcunque peritonæo suspensa sunt, obducta. hanc vnguibus, aut hamulo vsque ad extremum excoriabis: ratione in hoc opere habita, si fœminam disseces, vasis seminarij, quod meatui illi incumbit, testiculi, & ipsius vteri: si masculum diuidis, solius vasis seminarij.

Meatus vrinarij ureteres.

Quibus absolutis, pubis ossa, nisi prius seminaria viri vasa malis persequi, inuicem in anteriori parte vbi per cartilaginẽ committuntur, grandiori scalpello dirimi debent. deinde vtroque osse prehenso, qđ iliũ dicitur, in exteriora detorquebis,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

donec hęc à commiſſura lati oſsis fuerint ſoluta. Aut ad trium digitorum ſpacium id os excindere licebit, non præteriens tendinem, qui penem tenet erectum. Hac parte ſic aperta, veſica tota conſpe-ctui ſeſe offert: quam intactam malim re linqui, donec genitales partes perſecuti fuerimus, quæ in hunc modum tractan-dæ ſunt.

Vaſa ſeminaria ortu uariant. Vaſa ſeminaria ſunt & duæ venæ, & to tidem arteriæ, ſingulæ vtraque parte, ma gnæ venæ, magnæquè arteriæ propagi-nes, per illa deorſum in teſtes ſanguinem deferentes: quæ ortu ſuo inuicem variāt. *Venæ ſeminariæ* Vena in dextris regionibus, ab ipſius ca-uæ non latere, ſed medio fere ſub ea, quę hac parte in renes tendit, originem acci-pit. Quæ ſiniſtra parte teſticulo inſeritur, ex ea, quæ ad renes fertur, procedit. cui nonnunquam ramulus à caua accedit, & cum hoc vnà pergit.

Arteriæ ſeminariæ. Hæ venæ ſeminariæ deorſum membra nulis dorſo annexæ feruntur, quibus iam in ilium regionibus arterias coniunctas reperies, longe aliter orientes, quam ve-næ à caua: quod antea à nullis Anatomi-cis ſcriptum reperi, nec animaduerſum opinor. Nuper autem opera Andreæ Vue

ſalij

ſalij Caroli Imperatoris Myropolæ filij, me hercules iuuenis magnæ expectationis, ac præter ſingularem medicinæ cognitionem, in vtraque lingua etiam eruditi, in corporibúſque dissecandis dexterrimi, poſt longam partium diſquiſitionẽ inuenimus. difficilius autem reperiuntur, eo quòd exangues ſint, & albicantes vti partes vicinæ. At neglexerunt Anatomici earum originem diſquirere, tali axiomate contenti, paucas admodum, aut nullas in regione inferiori venas citra arteriæ conſortium deferri.

Negligẽtiæ Anatomicorũ cauſa.

Verum tu ortum ipſarum hunc in modum diſquires. Primo cauam venam ab arteria, quæ illi ad ſiniſtram ſubiacet, digitis tuis, aut vnguibus diuelles, adipéque liberabis. Quo facto arterias vtraſque inferius paulo quàm vbi dextram oriri venam diximus, ex medio ipſius arteriæ magnæ corpore prodire cernes, ex aduerſo ſibi oppoſitas. ac propemodum continuas, quæ adipe cum membranis detracta, ad venas communi velamine, ſuper pubis oſſa, per peritonæum deferri conſpiciuntur.

Adminiſtratio.

Et diligẽter attẽde qui dextra arteria cauã venã aſcendẽs, tandẽ venę iungitur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

Itaque apparent arteria & vena ad vtrũque procedentes teſticulum, non recto itinere, ſicut ad alia vniuerſa, verum multifariam prius inuolutæ capreoli ac hederæ modo, vnde Græci paraſtaten cirſoде nominant, hæc exiguam quandam ex ſe propaginem particulæ quæ capiti teſticulorum incumbit, epididymida vocant, tranſmittunt, priuſquam teſticulum ingrediantur, in quem complures fiſtulæ ex illis ſeroſi humoris plenæ pertinent. In his multis anfractibus ſuperiacet vena arteriæ, flexus multos æqualeſque numero ambæ facientes inſtar retium, in quibus antequam ad teſticulum perueniant, ſanguis modice albeſcens conſpicitur: tandem cum teſticulum vaſa contigerint, ſeminis ſubſtantia in ipſis manifeſte apparet: verum pauca, & roris modo ſanguini permixta, longe aliter quâm in teſticulis.

Anfractus vaſorũ. Varicoſus proſtates. Epydidymis. *

Hi autem ex ilium regionibus, muſculis vtrobique ſingulis dependent: molli carne præditi in maſculis, rotundi, oblongi, cauernoſique, vt humidum quod in vaſis præparatur, excipiant. Epididymis autem, hoc eſt ſuperior teſtium particula, fortior illis eſt, ſolidior, & ſiccior: Quã

Teſticuli Situs. ſubſtantia. Partes.

tumuis magno ſint vaſa ſeminaria, mirabili naturæ opificio, tamen dexter ſiniſtro eſt varicoſior, flexuoſior, eoque fortior, qui maſculos procreare ſolet: aliquando contrarium accidit.

Trahunt teſticuli ſeroſum humorem, quem vaſorum anfractus ipſis præparãt: deinde qualitatis ipſius potiti, ipſique ſuam elargiti, paulo poſt ſuperfluum ſeminarijs meatibus reponũt. hi inter coeũdum cum ſpiritu vitali illud excernunt, qui ex arterijs cum ſeminali humiditate euacuatur: vt minime mirum ſit, intẽperate coeuntes, imbecilliores effici, ac nonnũquã interire: quũ puriſſima vtriuſque humoris portio ex toto corpore auferatur. *Facultas testium.*

Cæterum ſynceriſſima ſeminis qualitas in teſticulis exiſtit: ideoque illam celerrime vniuerſis corporis partibus tranſmittunt, vt cerebrum neruis ſenſum motumque, cor arterijs pulſum. Quæ ſanæ facultas in maſculis, roboris & virilitatis: in fœminis, muliebritatis cauſa exiſtit. *Qualitas teſtiũ.*

Operiunt vtrunque teſtem duæ membranę: interior tenuis eſt, carnoſa, exãguis alba, Gręce dicitur erythroeides. Superior valentior tunica eſt, internæ vehementer eius parti inhęrẽs, Gręci dartos appellãt. *Mẽbranæ teſtiũ duæ.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

Commune deinde omnium velamentū rugoſum, teſtibus circundatum, ſcrotum Latinis, oſcheon Græcis dicitur.

Scrotum

Recētiores hec uaſa nominant præparātia.

Porro capiti teſticulorum, quam epididymida appellaui, vaſa, quæ ſanguinem & ſpiritum ipſis deferunt, anfractuoſis circunuolutionibus adhæreſcentia, in vnū deſinunt meatum ſeminarium longiſſimum, qui genituram ex ſuperiori teſtiū parte tranſſumens, ad pudendi originem qua veſicæ iungitur, effert.

Meatur hos deferentia.

Hi meatus vtrinque ſinguli, qua vaſa commemorata deſcenderunt, eadem per peritonæum membrana inuoluti ſurſum tendunt: inde rurſus non amplius extra pubis oſſa, verum penitus ſubtérque ipſa indecliue inter duo corpora glanduloſa porriguntur, quæ adenoeideis proſtatas nominant. Vbi ſiniſter & dexter in vnum coeunt meatum, qui recta ſub veſicæ ceruice in vrinæ canalem fertur.

Glādulosus proſtates.

quatuor uaſa in duo primū, duo hæc in unū deinde meatū deſinūt.

Porro omnium horum diſſectionem aggredieris, primum linea recta ſuper vaſa ſeminalia ad ſcroti finem ducta, & eo ſolo à membrana vaſa inuoluente diuiſo. Deinde ſpecillum foramini per quod vaſa ex peritonęo excidunt, ad teſtem vſque immittes, membranamque ad ſpecil-

Adminiſtratio.

li longitudinem diuides.

Hic ſtatim anfractus vaſorum, & longi teſtium muſculi in conſpectum venient, quare ſola manu vaſa ad teſtes deducito ac qualiter ambo in vnum deſinunt, quó que modo illud per eandem regionem ſurſum recurrit, conſiderato.

Vaſorum natura ſic inſpecta, teſtem acutiori ſcalpello ſecernito, vt qualiter teſti duntaxat adnaſcuntur ſeu adhærent contuearis, nam ex ſectione, teſti inſeri nemo aſſeret.

Iam integrum eſt veſicam aggredi, ac eius ceruice, quæ Romanam S literam (ni ſi tentigine vexetur) refert, ſi prius venas quæ ex magno illo in vtrunque crus diua ricatu propagantur, vbi grandis arteria ca uam venam conſcendit, inſpexeris. Pro- deunt illinc venæ à multis hæmorrhoi- des dictæ, quibus ſanguis melancholicus excerni creditur. item ad muſculos abdo minis, quæ cum illis committuntur, quæ â mammis deorſum vergunt, inſuper ad ceruicem veſicæ, & teſticulos. Quæ om- nes, niſi animal fuerit præpingue ac obe ſum, facile poſſunt videri.

Venæ hæ morrhoi des.

Secutus itaque meatus vrinarios ſub pu bis oſſibus, ex renibus deſcendentes, ſta-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

Vesica. tim in vesicam incides, ex earum partium numero habitam, quæ excrementorum sunt receptacula: etenim in hanc renes, *Vsus.* veluti in lagenam, vrinam deponunt, idque per meatus vreteras dictos, qui obliquo itinere ei inseruntur, ne quippiam inde ad renes regurgitet.

Quare illorum extremitati membranula adnata est, quæ instillantem quidē vrinā admittit, & ne ea regurgitet impedit.

Ceruix uesicæ. Ceruix ipsius prope meatum seminarium est, qui ex testium regionibus prodit in pudendum. subiacet huic inferius pars recti intestini, & os sacrum. Cęterum angustus vesicę meatus inest, & omnis fi- *Meatus uesicæ.* brarum species, rectarum, obliquarum, et transuersarum. Ceruicem ambit muscu- *Fibræ.* lus transuersis compositus fibris: obliquis *Musculus colli uesicæ.* autem vesica intertexta est præcipue, ne frequenter sit excernendum. Nam quum omnes extenderit, vrinæ circumapplicatur, contrahiturque, donec abunde repleta indolescat, musculo transuerso qui meatum claudit ad hoc auxiliante. Quū vero excretioni incubuerit, alias quidem fibras remittit, transuersas autem solas intēdit. Cui operi musculi & abdominis comprimentes & vesicæ crruicis sese la-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

xans non parum opitulantur.

Musculus ille transuersus primo quidē vt vesicam claudat, deinde vt post emissionem vrinæ contractus vndequaque, id quod in meatu continetur propellat. Verum vt quicquid eo exprimente in vrinarium meatum incidit, id diutius ibi nō immoretur, recte extrinsecus appositus est, quomodo etiam ori vesicæ claudēdo seruit.. Præterea hoc præstat, vt quum vrina mordax est, ocius excernatur. *Vsus musculi.*

Hæc sequuntur pudenda, quæ ex ossibus pubis atque superis earum partibus prodeunt, ligamentis & tendinibus affirmata, quæ huncin modum consecabis. Specillum aut spathula forte penitius ad vesicæ fundum inditur: mox super hanc linea recta in sinum vsque ducitur, ac ita pars distenditur. In qua administratione tria obseruato, nēpe quomodo vas seminarium ceruici vesicæ, & meatus vrinarij vesicæ ipsi inserantur, deinde transuersi musculi naturam. *Pudēda.* *Administratio.*

Ne existimes meatu manifesto vas seminale canali inseri, sed duntaxat illam partem rugosam & laxam videri.

Canali penis, qui & vrinæ & semini communis est, secūdum longitudinē per *Canalis uerendorum.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

rũ Ner- medium exporrecto neruus incumbit cō
uus cōca cauus, qui ſpiritu repletus tenditur, in-
uus. de penis erigitur. Ex vtraque parte duo
Muſculi adhæreſcunt muſculi, ex inferioribus pu
bis partibus enati, vt meatus, ceu à mani
bus quibuſdam tractus, in vtranque par-
tem dilatetur, ita vt rigidum & inflexile
totum maneat pudendum. extrinſecus
Venæ et par & venarum, & arteriarum in penem
arteriæ. ex vaſis in crura diſtributis deſcendit, ali-
menti præſtandi gratia. Summitas penis
glans dicitur, in qua foramē cernitur: hu-
ius cuticula præputium nominatur. Infe-
rior ipſius penis pars in longitudinē ver-
gens, rhaphe, quaſi ſutura vocatur: quæ
ad ſedem vſque, taurus. Spacium penē &
anum intercedens, perinæon dicitur.

His conſideratis, veſicam, quæ recto in
Ani mu teſtino innitebatur, auferto, quo muſcu-
ſculi. los ani examines. Sunt autē duo obliqui,
non magni, ſed membranoſi, latíque, ad
ſedis vtranque partem producti ex liga-
mēto, tum quod ex ſacro oſſe, tum quod
ex pectine oritur vtrinque.

Horum actio innoteſcet, ſi iis quæ adia
cent ablatis, anum ad muſculi initium
attrahas: ita namque quomodo reuelle-
tur videbis. Nullus autem alius muſculu

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

illum è regione detrahit, vt in plurimis particulis habere certum eſt: ſed à muſculis in abdomine ſitis, qui vnà cum ſepto tranſuerſo inteſtina premunt, & per illos, quodcunque in ipſis continetur, ſedem propelli contingit, & frequenter adeo ex trudi, vt ne à duobus quidem relatis muſculis prompte queat retrahi, ſed manib⁹ egeat auxiliatricibus.

Infra hos muſculos alius quidam tranſuerſus exiſtit, qui circulatim ſedem amplectitur, valide ipſam conſtringens, vnde & Sphyncter à Grecis dici meruit. Eo igitur tempore, quo animal aluum exonerat, octo abdominis muſculi pariter cum ſepto, pro communi omnium muſculorum functione tenduntur, orbiculari ſedis muſculo relaxato. reliquo omni tempore circularis hic muſculus conſtrictus, os ſedis claudit: quem & ipſum facile ſpectabis, cute tota, quæ his locis obducitur, primum amputata. Incidendi modus cum aliis omnibus muſculis communis eſt, niſi quôd cutis illi vt in labris adhæret. Conſtituitur enim hic corpus quoddam medium ſubſtantia inter muſculum & cutem, ceu ex ambobus conflatum: in quo venulæ quædam extant, ore hian-

Muſculus ſphyncter.

Adminiſtratio

Extremũ ani

Hæmorrhoides. tes. quæ ſtato tempore ſanguinem craſſum fæculentumque excernunt, vnde hæmorrhoides appellantur: quædam ſuperius deliteſcunt. Quòd ſi plus quam par eſt, ſanguinis hinc euacuetur, habitus in aquam ſoluitur.

In fœminis uaſorũ ſeminaliũ diuaricatio. In fœmina idem ſanè vaſorum ſeminalium ortus eſt, verum oblique per illa ad teſtes iuxta latera magis feruntur, membranis pinguioribus inuoluta: quæ auferri debent, quemadmodum prius docui, vt vaſorum diuaricatio in conſpectum veniat. Siquidem non integra teſticulis inſeruntur, verum vbi iam hos propius acceſſerint, in duos finduntur ramos: quorum alter totum vuluæ corpus intercurrit, per membranam pinguem eo delatus: alter vt in maſculis, anfractuoſus teſti adnaſcitur, vbi arteria & vena in meatum ſemen deferentem ceſſant: qui laxis quibuſdam per pinguedinem anfractibus in vuluæ apices ingreditur. de quibus plura paulo poſt, vbi naturam vuluę explicauero.

Vulua. Sita hæc eſt inter veſicam & rectum inteſtinum, huic quidem fere toti incumbit: veſicam autem iuxta vmbilicum, vbi fundum ipſius eſt, magna ex parte ſupe-

rat:iuxta pudendum vesica vteri corpus *Situs.*
ceruice sua excedit. Figura vesicæ prope
modum, si apices, quæ cornua vocarit, *Figura.*
excipias, respondet. fundum enim habet & ceruicem: hac in pudendum pertinet, illo vmbilicum accedit. Tunica *Substantia*
sua præter peritonæum simplici constat
duriore & neruosiore, omnibus fibris intertexta: quia non modo semen attrahere in coitu, sed etiam retinere, vbi cõceptum est, & excernere, quando absolutus est fœtus, oportet. Sed & abunde venosa est.

Non est æqualis in omnibus. multo *Variat.*
enim minor in ea quæ nunquam fuit grauida, maior autem fœcundæ ac grauidæ. Rursus minor illius, quę venerem non experta est: quam eius quæ coiuit. Porro ijs quæ augentur adhuc, vesicæ ampliores vulua apparent: in adultis vterus vesica maior est. Longitudo in perfectis a
fundo incipiens, qui circa vmbilicum *Spaciũ*
iacet, vsque ad extremam pudendi finem *lõgitudinis und*
vndecim digitorum est, vt plurimum: *cim dig*
latitudo ad vtraque ilia apicibus ac fastigijs ipsius porrigitur. *torum*

Variat vteri tunica crassitie, secundum ętatẽ, tempus menstruorum & cõceptus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

Aetate prima vt exigua, ita quoque tenuis eſt: ſi menſes receſſerint, pro ratione magnitudinis etiam gracileſcunt. Si iam vterum gerere mulier, & menſibus purgari deſinit, vt magnitudo imminuitur, ita craſsities augeſcit.

Item tempore menſtruorum craſſus vterus & tumidus apparet, quippe humiditate ſanguinea tunc irrigatur. Tenuis & ſiccus eſt, cum longisſime ab hoc tempore exiſtit: ei quæ vterum geſsit, craſsior: quæ ſæpe geſsit, craſsisſimus. Rurſus eius quæ incipit fœtum ferre, craſſus eſt: cum iam partui propinqua eſt, magnus quidem, ſed tenuis. Nam craſsities in amplitudinem abſumitur. In medio tempore mediocriter habet.

Duo ſinus vulue. Duos habet ſinus mamillarum numero correſpondentes nullo ſepto interpoſito, dextrum & ſiniſtrum, qui in vnam deſinunt anguſtiam, quam ceruicem vuluę nomino. *Ceruix vulue.* Hæc eſt muſculoſa, & moderate dura, vt in ſeminis introlatione tenſa ſimul & dilatata dirigatur & amplificetur quantum opus erat, & vt debite alias in ſe concidat. Verum ſemper magis indureſcit, & temporis ſpacio in cartilaginem degenerat, vt ijs quæ frequenter coierunt,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

aut anus iam ſunt: vnde Herophilus recte eam arteriæ aſperæ capitulo aſsimilauit. Foramen ceruix hæc obtinet, per quod menſes mulieri euacuantur: genituram autem viri ad ſe recipit, fœtúmque in lucem educit. Hoc in coitu aperitur, tenditúrque, adeo vt ſemen per amplum allatum iter, facile ad interna vuluæ ſpacia prouocet. vbi conceperit mulier, conniuet adeo, vt ne minimum quidem, aut ab internis foras relaxet, aut à foris intro accipiat. *Foramẽ ceruicis vuluæ.*

In partu vero plurimum diſtenditur, vt totus hac via pertranſeat fœtus.

Cæterum vteri collum ad muliebrem ſinum deſinit, quem & pudendum vocamus. Longitudo pudendi in mulieribus ætate perfectis ſex fere digitorum mẽſura producitur, quod tamen in partu & coitu breuius efficitur, collo ſcilicet vteri extrorſum declinante. *Pudẽdũ muliebre*

In extremitate præter rugarum implexum, caruncula bifariam excreuit, Grę corum lingua nimphen, noſtra colliculum appellare licet: quem quòd multo promineat, Aegyptij in virginibus excidere con ſueuerunt, hæc carc maſculorum præpu tio reſpondet, ne frigidus aer ingredia- *Extremitas. nimpha dicta.*

tur, prohibens.

Testiculi fœminæ Vtraque fundi parte ex lateribus testiculi fœmellæ siti sunt, similem masculis circumuolutionem recipientes, magnitudine multo minores quàm masculi. differunt etiam figura & constructione. Sũt enim lati & glandulosi, minus molles, ac substantia humidiores quâm masculorum. *Mẽbranæ testiũ* Vtrumque membrana peculiaris & tenuis comprehendit, qualis in masculis dartus. Verum erythroidem & scrotum fœminæ testiculi non habent. præterea superior testiculorum pars, quæ epididymis appellatur, in his sensu percipi nequit, aut admodum parua apparet, eo quòd ipsi testiculi parui sunt, & vasa seminalia: nihilominus semen in ipsis semper redundat.

Cornua uuluæ. Paulo inferius vtrinque processus apparent, qui versus ilia nutant & respiciũt superne, & paulatim factæ strictiores mediante vase deferente, testi connectuntur. Horum ipsorum figuram Herophilus semisecti circuli ambitui comparat, Diocles cornibus enascentibus, per quæ vulua ex testibus semen attrahit, vt inferius per ceruicem. Hinc etiam per insomnia citra congressum viri semen in vterum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

mulieres excernunt, quod inibi contabeſcens, morbos parit maximos. Non ſolum enim mulieribus vaſa ſeminalia plena ſemine, ſed etiam teſticuli exiſtunt. Caue autem ne dum teſticulos conſecas, vehementius cōprimendo te cōſpurces. Siquidem tanquam ex ſcaturigine id erumpit.

Porro ex ijs quę cum vtero habent cōſortium, alia tantum attingunt eum, non autem connaſcuntur. Multa ſic ipſi aduniuntur, vt citra ſectionem nequaquam ſegregaueris Alia excoriando ſoluuntur. Quin & multis appenſus eſt, & multa in eam inſeruntur.

Attingit itaque tenuia inteſtina, ſi mediocris eſt magnitudine. Nam paruus admodum ea tantum contingit, quibus etiā adnatus eſt: maximus, vt in grauida, etiā ilia replet, & ventrem inferiorem, multáque inteſtina attingit. *Cũ quibus cõio nẽ habet*

Alligatus eſt recto inteſtino & veſicæ, fibroſis quibuſdam & tenuibus appendiculis, pluribus autem veſicæ: cui adeo coaluit iuxta ceruicem, vt vna eademque caro ſit: item oſſi ſacro, præcipue validis, neruoſis muſculoſiſque vinculis maiori ex parte cōnectitur. Laxa aũt oīa hęc ſunt ligamēta, ideoque plurimũ vulua moueri

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

& naturalem ſedem mutare poteſt.

Nerui. vuluæ. Iam nerui corpus ipſius ſublinunt, intexúntque, ad ſenſum præſtandum: uenæ & arteriæ à magnis uaſis ſpinæ incumbentibus deductæ, ut tum ipſa augeatur nutriatúrque, tum fœtus, quæ etiam vteri ſuſpenſoria exiſtunt. De teſtibus & vaſis ſeminarijs dictum ſuperius.

Venæ ueti. Quibus monſtratis ad venarum inſpectionem te conferas, quarum magnus in muliebrib⁹ morbis vſus eſt. Itaque vuluã vnà cum incumbente veſica ad latera cõtrahas, vt illorum propagationem ex ſacri oſſis regionibus poſt magnæ venæ diuaricationem contempleris.

Duæ itaque imis partibus vteri paulo ſupra primum ceruicis exortum inſeruntur, vnde virgines puellæ menſtruis potiſſimum purgantur. necnon in vterum, quæ inibi oris hiantes, acetabula nuncu-
Acetabula. pantur, ipſiúſque ceruicem diſpergũtur. Item aliæ duæ circa eundem ortæ locum ſurſum ad rectos muſculos tendunt: deinde in idem coeunt cum extremis venarum, quæ per thoracem ad præcordia deferuntur, per quæ potiſſimum mamillis cum vtero eſt communio. Illud porro venarum par extra muſculos in pudendum

ramos

ramos dispargit. Aliç venç viris sunt cões. Quare nunc ad vesicam accingere.

Hac itaque ab vteri ceruice, scalpello se parata, quousque ei in totum annexã videas: deinde dilatata digitis vteris oris ceruice, superiore eiusdem parte meatus ceruicis vesicæ, statim post initium apparebit. Cui specillo indito, vesicam totam cũ eius ceruice diuidito, vt transuersi musculi naturam, ac meatuum vrinariorum insertionem condiscas. *Administratio.*

Postea vteri ceruicem, digitis in eam insertis secabis ad os vsque, si venerem experta fuerit mulier: alioqui digitos haud ita facile propter hymenæi impedimentũ insera. Nam ceruix membranosa ex musculosæ ipsius substãtiæ textura conniuet. Quæ vt dirumpatur, prima coitio acerrima est. Deinde totum vterũ diuides, quo sinus vterque appareat, qui quasi futura, vt scrotum, distincti sunt. *Hymeæon.*

Postremo totidem particulas in mulieribus inuenire est, quot in viris habẽtur. Sed in his extra prominẽt, in illis intus cõduntur. Nam si quæ mulierum sunt foras inuertas, quæ virorum intro, omnes sibi respõdere deprehendes. Nunc de mẽbranis fœtũ inuoluentibus agendum est. *Partes uiris & mulieribus cões*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

Mēbranæ fœtū inuoluētes. Cum mulier conceperit, (quod fit aut incipientibus menstruis, aut desinētibus, alio tempore nunquam) ex semine quod cunque vterum contigerit, membranæ generantur: reliqua portio tota & ipsa facultates congenitas habet.

Conceptiones tempus quando. *chorion.* *Secundæ* Exterior mēbrana principio est tenuis, sed successu temporis crassissima & fortis, vt in partu videre est. hæc totam integit vuluam interiorem. Græci Chorion, nos secundas appellamus.

Huius interuentu fœtus vtero annectitur per vasorum in eum descendentium oras. ex his enim singulis, dum vterus gestatur, aliud vas generatur, vena quidem ex ostiolo venæ, arteria ex arteriæ, vt sint ea quæ generantur numero æqualia orificiis, quæ intra vterum terminantur.

Vasa p quæ fœtus nutritur. Hæc autem vasa, veluti radices quædā multæ & exiles coalescunt, & coalescendo maiora quàm prius euadunt: deinde maiora adhuc reddita, omnia in duos veluti truncos terminantur: venas quidem, venosa: arterias autē, arteriosa. Vtrunque autem dextra & sinistra fœtui per vmbilicum inseritur, per q̄ veluti caudices quasdam ex vtero sanguinem & spiritum attrahit. vtraque enim vena coiens prope-

modum iecoris cauo inſeritur, & in quibuſdam animalibus ramus in centrũ meſenterij. Arterię autem vracho & veſicę lateribus incumbentes, vtrinque arterijs in crus diffuſis, implãtantur, ſicque per aortam cordi ſpiritum communicant. Neque enim vmbilicus aliud eſt, quàm vaſa quatuor in medio ſui habentia meatum, qui ex fundo veſicæ vrinam ad aliam mẽbranam, quam mox interpretabor, exprimit. *Vmbilicus fœtus qd.*

Chorion itaque membrana vaſa iam commemorata colligit inuicem, atque eis omnibus vndique applicata eſt. nec non interea vtero inſeritur: & vniuerſis eius partibus, quæ oras vaſorum intercedunt duplex ſubtenſa eſt, ſimulque enaſcitur, ſimulque cũ vaſis procedit, altera ſui parte dimidiam ſingulorũ partẽ veſtiens, vt operculum ſit, propugnaculum, & ligamentum tum vaſis inter ſe, tum vtero.

Reſtant aliæ duæ membranæ quarum prior à figura farciminis allantoeides appellata, ex fœminæo ſemine generatur: initium ſuum ex meatn, qui vrachos dicitur, accipiens. Cæterum ad vteri apices emergit, longa & anguſta, vt quę eminentibus tãtum partibus, capiti, clunibꝰ, & pedibus incumbit etiam ſi in canibus *Mẽbrana allantoides.*

totum fœtum circunuoluat. Eadem hæc ad veſicæ fundum lato, & inſigni meatu peruia eſt, vt inuicem per vrachum in medio vtriuſque ſitum committantur.

Vſus eius fœtui eſt, vt vrinam animalis iam efformati recipiat, cum ſit melius nō per pudendum vrinam fœtum reddere, ſed per vmbillicum.

Neceſſe autem erat etiam animanti, qđ adhuc in vtero eſt, recrementa tot & talia prouenire, quot & qualia ijs, quæ iam ab vtero reſoluta ſunt, oboriuntur. Verum vrina & ſtercus particulis iam conformatis coarctariſque gignuntur.

Statim item ab initio vapore à conceptu defluēte, qui perfectorū animaliū ſudori reſpondet proportione, membranā quandam generari erat neceſſum, quam à mollitie amnion Græci appellant, totū orbiculatim fœtum amplectentem.

Amnios. mēbrana.

Porro recrementum, quod in allantoide membrana continetur, acre eſt & mordax, vt etiam incidentium ipsam odoratum moleſtet, & afficiat.

Quod in amnio comprehenditur, in orbem fœtui circunfuſum eſt, neutiquā ei nocens. vſus autem eius non mediocris eſt Nam fœtus hinc fit leuior: ſurſumque

vehit seipsum veluti in eo natans, vt minus sit grauis appendicibus, & vinculis quibus ab vtero suspensus est. Atque ita hic primus finiatur liber: sequenti de instrumentis respiratorijs & vitalis facultatis agemus.

INSTITVTIONVM ANATOMICARVM SECVNDVM GALENI sententiã ad candidatos Medicinę Liber secũdus, Ioanne Guinterio Andernaco auctore.



NSPECTO iam toto vẽtre inferiore, eiusque particulis separatim: proximũ est, vt illo abiecto (nam cito putrescit) thoracis totius, qui veluti secundus venter est, structuram sermone interpreter: deinde singulas partes in eo contentas priuatim cũ administratione ostendam, vsum cuique suum adijciens.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

Quemadmodum igitur qui loci alicuius naturam enarrant, fines prius circunscribentes ipsum ostendunt: deinde ad particulæ huius doctrinam accedunt, ita ego quoque fines, qui thoracem circunscribunt, prius deliniabo.

Thorax Itaque thoracem nominant totum id, quod à costis comprehenditur: hæ autem numero sunt duodecim, nam rarissime vndecima visitur. atque hac ad huc rarius tertiadecima, ita ut vix inter mil-

Costæ. le vnum tali costarum numero inuenias.

Veræ. 7 Septem priores costæ ossis pectore interuentu coarctantur: vnde illis duplex sedes est, prior pectus, posterior vertebræ

Mēdosæ. quinque sunt. Quinque vero quæ supersunt costæ, cum septo transuerso atque inter se connatæ conglutinatæque sunt, & in exquisitam cartilaginem finiunt. Postrema ab aliis tantummodo in imo secernitur, ac re vera notha est.

Fines thoracis Elatior thoracis finis clauiculæ existūt, inferior septum transuersum: pectus media pars thoracis solidum os apparet, ob structuræ concinnitudinem, quam particulæ ipsius in contextu sortiuntur. Membranis autem derasis, quôd & plura ossa sint, & numero totidem, quot cum eo co

ſtæ commiſtuntur, palam innoteſcit.

Imo pectoris oſſi cartilago triangula adnaſcitur xiphoeides nominata, quo etiam nomine totum pectoris os ab aliquibus dicitur.

Exterius complures muſculi, & mammæ vtraque in parte thoraci cohæreſcũt: de quibus quoniam partes eius ſunt, breuiter tractabo. *Adminiſtratio.*

Linea recta à maxillæ inferioris regionibus, per medium thoracem vſque ad mucronatam pectoris extremam cartilaginé, ſcalpello ducitur. Altera ex lateribus per clauiculas, quę illam tranſuerſim ſecet: ac cutis vt inferius detrahitur, mox mammarum natura inſpicitur.

Sitæ hæ ſunt in media ferè thoracis regione, cordi caloris officinæ incumbentes, ſubſtantia glanduloſæ, venis & arteriis intertextę, penicillis ſimiles: eaque omnia duplici nomine. *Mãmæ*

Primo vt alimentum, præſertim in mulieribus. fœtui ſuppeditent, ſanguinẽ ex vaſis eo pertinentibus elaboratũ recipientes: qui longo itineris anfractu in lac conuertitur. Etenim in ſingulas mãmas ſingulæ & venæ & arteriæ procedunt, non ſtatim á caua vena, aut cordis arteria enatæ: *Vſus.*

verum quum iam prope iugulum fuerint. inde duos ramos insignes emittentes deorsum per totum pectus, reuocatos, vtrique mammæ inserunt: in quo errabũdo ductu sanguis continuo thoracis motu concutitur ac incalescit, quoniã in particula nunquam a motu cessante diutius immoratur.

Altero vt cor ipsum veluti propugnacula quædam contegant, & ab eo calfacta, excalfaciant. Verum fœminarum mãmæ quum in molem maiorem extuberent, hæc quoque duo commoda cordi magis quam virorum præstant. Præterea cum vtero lege consortij afficiũtur, quod vasorum interuentu obtinent. Siquidem propagines venarum, quæ mammis ex pectore distribuuntur, deorsum sub rectis excurrentes musculis, cum iis quę ab inferioribus sursum feruntur, oris coeũt: idque necessario factum est, vt quando fœtus in vtero augetur, efformaturque, illi soli alimentum ex vtrisque suppeditatum, venæ communes deriuent. Vbi vero in lucem prodierit, totum id rursus mamillis influat: quo tempore fieri non potest, vt & menses probe defluant, & mulier lactet. Altera nanque particula

Mãmæ cũ utero afficiuntur lege cõsortij.

ſemper ſiccescit, dum ſanguis in alteram inclinat, deferturque.

Antequam vero mulier conceperit: eaque floridæ ſit ætatis, id quod ſuperfluũ congregat, ſingulis menſibus per acetabula excernit: vbi conceperit, fœtus ex ea trahit alimentum. Cæterum venæ indidem conſitæ, tam latæ, tãque longæ exiſtunt, vt & fœtum affatim alant, & nõ nihil ſemper ſuperflui colligant.

Hinc igitur ſanguis toto, quo vterus geritur, tempore in communibus his vaſis, ceu quibuſdam cibi promptuariis collectus, attollit ea, diſtenditque admodum, & velut regurgitat, regionem quęrens, in quam tranſmigret.

Nullam autem aliam habet, quàm pectoris: in quam ſimul venæ hunc ipſum, quo diſtenduntur grauanturque, reponunt: ſimul autem ventris totius moles, propter conceptum, tranſmittẽs, comprimenſque, ad cedentem locum propellit. Hinc quũ mãmæ in grauida gracileſcunt, male affectus fœtus eſſe facile noſcitur.

Mamillarum naturam, & ſubſtantiam diſces, linea recta per corpus illarum ad muſculos vſque thoracis ducta, iiſque ab latis, vt abdomine, pinguedine muſculi Admi- ſtrati-

thoracis veniunt inſpiciendi, & ſcalpello tractādi. Complures autem hanc partem occupant: quidam à pectore & coſtarum ſedibus ſurſum tendentes, humeri articulo ſubſeruiunt: quidam ad abdomen deſcendentes, ſuos vſus habent, nempe thoracem paululum detrahūnt: quemadmodum qui coſtarum extremis à foris obiecti iuxta pectus prorſum, & ad vertebras, retrorſum iuncturas artuum conſtringūt & thoracem leuiter comprimūt: alij reſpirationi dicati ſunt.

Thoracis muſculi.

Adipe itaque per totum thoracem ablata, primum brachium mouentes muſculos aggredere, quorum quidam ipſum ſurſum tendunt, quidam inferius vellūt: alij vero ad pectus adducunt, alij foras abducūt, quidam autem circulariter ipſum circunuertunt.

Primus à coſtis ſpurijs propter præcordia non procul à mamilla incipit, in ſuperficie aliorum extans, qui brachium ad pectus adducit, humiliſque eius diductionis opifex.

Secundus contra ex altis pectoris regionibus prodiens, altæ adductionis autor.

Tertius ex toto pectore oritur, mãmæ ſubiectus. Cæterum idem hic muſculus

bipartitus quodam modo eſt, fibris ipſius in ſimilitudinem X literæ, mutuo ſibi incumbentibus potiſſimum vbi articulum fere contigerint. alijs ab humiliori pectoris ſede ad articuli eminentiorem porrectis, quibus ad inferiora brachium adducitur: alijs ab elatiori ad inferiora inclinantibus, quibus altius adducitur. Ambabus aũt tenſis, os brachij æquabile ad pectus agitur. Sed potius duo tranſuerſi ſunt.

Quare ſolus inter huius articuli bifidos muſculos, pro duobus ab Anatomicis numeratur.

Quintus exiguus primo ſuccedit muſculus, qui à regionibus quæ ſunt ſecus mamillam ſurſum fertur, & ipſe brachiũ deprimens.

Sextus ſecundo muſculus ſuccedit, illius portio, qui ſummum humerũ occupat. duo enim habet capita hic muſculus: internis ſane partibus, hanc ipſam partem ex clauicula enatam: externis autem, demiſſiorem partem dorſi ſcapularum.

Septimus ex vtraque parte dorſi, qua ſcapulæ ſunt, ſimiliter prædicto actionẽ habent. Si enim ſimul tenduntur, attollũt brachium exacte ad ſuperiora: ſeorſum vero alteruter ad latus modice inclinabit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

Verum & hic quoque interdum duplex deſcribitur.

Octauus autem alius muſculus, magna parte ex humili ſcapularum coſta prodiens, extrorſum abducit brachium, eis oppoſitus, qui in pectore habẽtur, elatius brachium attollentes.

Nonus ex inferiore humilis ſcapularum coſtæ termino proficiſcitur, in externam regionem brachium circunuertendo abducens.

Decimus cauam ſcapularum partẽ occupat: minus quidem extrorſum, magis autem deorſum brachium circunuertẽs.

Reliquus vnus eſt deorſum brachium agens, ita vt in poſteriorem quoque partem ducat: quem quintus prædictus excipit muſculus exiguus, qui conſtanter in nullam inclinans partem, brachium deorſum mouet.

Adminiſtratio. Horum muſculorũ ſectio peculiare nihil habet. reſupinato enim cadauere ſex priores adminiſtrãtur, ipſos ſuis capitibus ea parte à qua oriũtur deraſis, ad brachij vſque caput diſſecãdo. Cæterum ſeptimũ ac reliquos aggreſſurus, corpus ad pronũ aut in contrarium latus, deuolues.

Scapulæ muſculi. Poſt hos ſcapulas mouentes demon-

ſtrandi ſunt, primus, vltimo loco inter brachij muſculos enumeratus ẽ, qui quo niam ſcapulæ parte inferiori dum ad bra chiũ ſurſum tendit, inſeritur, ipſam vna cum brachio ad inferiora vellit.

Secundus ad ſcapulæ dorſum explantatus eſt magnus, & amplus ad occipitij os ſupertenſus ſurſum eam trahens.

Tertius ſubtilis muſculus ab ipſis quidem oſſibus capitis explantatus & ipſius ſcapulæ dorſo ſecundum baſim inſertus, ipſam quoque ſurſum attrahit.

Quartus ac quintus latus ac geminus eſt, ſcapulam retro abducens. declinans quidem in altitudinem ad colli vertebras altior eorum: abducens autem reliquus ad metaphreni vertebras. Tenſis vero ambobus ſimul ſecundum rectitudinem propriæ poſitionis, ad dorſum ſcapula abducitur.

Sextus à tranſuerſo primæ colli vertebræ proceſſu enatus, ac oblique carnoſo tendine acrωmio implantatus, vnà cum acrωmio totam ſcapulam ad laterales colli partes trahit.

Septimus ſcapulam magis quàm prędictus verſus anteriora trahens, iuxta ſuturę labdoeidis additamenta enatus, prope

acreomion ſcapulæ inſeritur.

Adducunt autem verſus pectus ſcapulam muſculi qui ibidem in brachij caput inſeruntur, quoniam ligamentis articulationem continentibus implantati, vtrunque articulationis os mouent. Verum id alte brachium adducenti peculiariter ineſſe conſpicies. Horum ſectio cum præcedentium communis eſt.

Iam ad eos qui reſpirationi inſeruiunt ire tempeſtiuum eſt.

Intercoſtales. 22. Sunt autem primum muſculi intercoſtales dicti, quòd in ſpatijs, quę coſtas intercedunt, conſiſtant, numero duo & viginti: quorum fibræ ab externis partibus deorſum verſus oblique declinant: ab internis contrario modo iuxta Grecæ literę X. figuram exteriores ſecant. Hi muſculi thoracē exacte attollunt, ſubmittuntque. Quoniam vero duplices ſunt, exteriores ſeruiunt exſpirationi: interiores inſpirationi. In ijs autem, qui ad coſtas nothas habentur, eadem fibrarum natura eſt.

Attende tamen fibrarum ſitum inter duas coſtas ſubinde quoque variari, quoniam plerunque aliter ſe habent inter coſtarum cartilagines, quam inter ipſa oſſa, atque ob id inter binas coſtas Arabes qua

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

tuor musculorum genera statuerunt.

Hos sequuntur duo primarum costarum, qui superiorem duntaxat thoracis partem attollunt, totidem extremarũ inferiorem solum contrahentes. tres ex ceruice descendentes, sublimes thoracis particulas sursum retrahunt simul & eleuãt, septem spinalibus costarũ radicibus porrecti, cartilaginum extrema attollunt. abdominis musculi, qui ad septum pertingunt, submissioni thoracis auxiliantur.

Restat vnus adhuc thoracis musculus haud vilissimus, phrenes appellatæ. Plato ipsas duarum animæ partium, appetitricis & animosæ septum transuersum esse tantum existimauit: verum non hoc modo sunt, sed etiam inter omnes respirationi dicatos musculos vtilissimæ. Quippe his solis quoduis animal in paruis respirationibus vtitur. Cum vero violentæ respirationis vsus quidam ipsi oboritur, aut exercitio, aut febri, aut vehementi aeris calore, aut alio quodam affectu digesto, necessitas est, septi functionibus inter costales subuenire. Sin autem adhuc maior vsus respirandi euenerit, etiam elatioribus musculis actionem obit. Phren.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

Ortus septi trāsuersi. Oritur ſanè ad finem pectoris vbi in mucronatam cartilaginem deſinit, deinde ſua extremitate ſpuriarum coſtarum finibus adnaſcitur, quibus illi veluti propugnaculum quoddam exiſtunt. Quippe & hic, & in alijs pleriſque prouidens natura fuit, quæ ſeptum tranſuerſum, neque ab externa ſingularum coſtarum parte, neque ab extremo, ſed intrinſecus ſimul & ante finem iuxta vndecimā dorſi vertebram produxit, idque ligamentorum complurium tenuium inde prodeūtium interuentu.

Septi ſubſtantia. Subſtantia ipſius carnoſa, ſimplexque circundicitur: media vero pars ceu grādis circulus exiſtit, in latum tendinē deſinēs: circa punctum ipſius alius circulus, exactus tendo exiſtit, nullā adhuc carnem retinens, quam prius habebat, vt exactius videbis coſtis in pectore diremptis.

Septi mēbranæ. Porro ex vtraque ipſius parte, ſuperiori puta, qua thoracis capacitatem ſpectat, & inferiori qua illi iecur alligatur, tenuis membrana obhæreſcit: ſuperior coſtis obducta eſt, vnde ſuccingēs dicitur, inferior peritonęos eſt, quæ membranę ſeptū oblinunt. Differt itaque ab alijs omnibus muſculis, non figura ſolum, ſed etiam

Succīgēs Peritonæum.

actione

actione. etenim rotundus eſt & obliquus primum anteriori ſuperiorique parte ad pectus emergit, inde ſemper retrorſum deorſumque fertur, donec ſpinam attingat, cui iuxta lumbos magna cum ſecuritate per duo ligamina velidisſima, inſeritur. *Situs.*

Caput huius muſculi ex quo fibrę dependent, non in pectoris neque ſpinæ regione, aut coſtarum finibus exiſtit, ſed in media ipſius parte neruoſa, contra quam in alijs omnibus muſculis inueuias. quãobrem neruos quoque fibras illas motu… *Nerui* ros eo prouenire ex alto aliquo, hoc eſt *diaphra-* ex quarta, quinta, & ſexta vertebra ceruicis *gmatis.* (ex tribus enim his germinibus vnus coaleſcit neruus) fuit neceſſarium, vt in vniuerſam eius partem ex æquo actionẽ extendat. Nam cum ſeptum thoracẽ mo- *Vſus.* uendi gratia creatum ſit, caput muſculi nullam aliam regionem magis idoneam, quâm mediam obtinet, cui pars neruorũ inſeritur: finis autẽ ipſius poſtremas partes commode obtinet.

Cæterum duo ſunt ſepti foramina. al- *Foramina ſepti.* terum grande, qua vsrtebris via exhibetur, ſtomacho & magnæ arteriæ præparatum: alterum vero minus, communem

venam ſuperius animalis partibus ſangui nem deriuantem excipit; & magna cum ſecuritate tranſmittit. Etenim hæc commiſſura admodum pertinaciter cohæret, ac membranam ſimul dextra thoracis parte ſitam, de qua ſtatim dicturus ſum, emittit. Eſt autem inferius ſepti foramen non exacte rotundum, verum triangulo potius ſimile, cui vertex ſit ſublimior, baſis autem ſpinæ innixa.

Adminiſtratio pectoris. His ita intellectis, anterius thoracis os, quod Anatomici Græci, ſternon Latini pectus appellant, medium cultro exciſorio diſſecato, corporibus, quę incumbũt, antea ablatis. nam ita mediam pectoris lineam exquiſitius coniecturabis. cui attendens totum ad mucronatam vſque cartilaginem in duas parteis dirimes, eaſque in exteriora deduces leuiter reflectendo, *Altera adminiſtratio.* aut hoc modo quo frequentius hodie vti ſolent. Coſtæ legitimæ a cartilaginibus ſuis cultro exciſorio liberantur, & clauiculæ quoque attente (ne profundius culter penetrans venas vulneret) a pectoris oſſe dearticulantur: quo facto diuortio, pectus ſoluitur: idque ad mucronatã ipſius cartilaginem eleuatur modice, vt membranæ ei annexæ, thoracem interſepien-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

a mutuo coitu ſepares, examineſque, pectoris ſcilicet vtranque partem in latera inflectendo. nunc autem membranas auferendas cenſeo, totum pectus cum vicinis hoc pacto eximendum.

Cartilaginis mucronatę extremum, vel tuis ipſius digitis, vel hamulo vehementer attollens, omnia in orbem circundata incidas, vtriuſque lateris amplā partem auferens: ac ſi cordis inuolucrum aggredi conſulo, leniter a ſubiectis deradens, cuius radix non ex ipſo cordis corpore, ſed ex vaſis inde procedentibus oritur, quorum alterum eſt maxima arteriarum, ſiniſtra parte ſitum: alterum vena a iocinore ſurſum verſus per dextram regionē tendens, de quibus paulo poſt.

Adminiſtratio.

B. Capſula cordis

Pericardiū, eiuſque origo.

Porro pericardium hoc pectori membranarum interſepientium vicinio connexū eſt, qua maxime ipſius vertex, & quædam vtrinque verticis partes habentur, non autem cordi cohæret: verum parua quædam regio intermedia eſt motui cordis accommoda, in quam aquea quędam humiditas colligitur, interim tam copioſa vt cordis palpitationem, quam palmon vocant Græci, excitet. Baſis ipſius orbicularis eſt: deinde paulatim reſtricta ipſi cor

Aqua in pericardio.

Palpitatio cordis.

di ſimiliter, deſinit in verticem turbinatũ oſſi pectoris, vt dixi, coniunctum.

Denique pericardij ſitus vt medius eſt inter contraria, ſic & ſubſtantia in extremorum medio conſiſtit. tanto enim oſſe mollior eſt, quanto pulmone durior: vnde & cordi ceu vallum & ſeptum tutum circundatur.

Subſtantia pericardij.

Inſpecto iam pericardij ortu, annexuque & natura, ſpecillum in mucronem eius inijcito, ac ad vaſorum, quæ in cordis baſe ſunt ortum vſque ſecato, exiles venulas cauæ propagines in ea conſiderans: deinde acutiori ſcalpello a vaſis liberato, adipem intermediam tuiſmet digitis auellens, cura adhibita ne neruos, qui a ſexto coniugio in hanc regionem perueniunt, violes. Nam ſtatim vbi cordis ſitũ, annexum, & vaſa obiter didiceris (totius enim natura & partes commodius ipſo thorace exempto cognoſcuntur) neruorum illorum ductus, ne in aliorum adminiſtratione obliterentur, aggredi conſilium eſt.

Adminiſtratio pericardij.

Itaque coſtarum partibus quæ vertebris continuæ ſunt, vehementer in poſteriora reflexis, adeo vt etiam rumpantur ſi libet, cor inter vtraque thoracis ſpacia me

Adminiſtratio ad cordis ſitũ inſpiciendum. ...or.

dium apparet, motus autem ipſius indicat tanquâm potius iaceat in partem ſiniſtram, idque duplici de cauſa, primum quia ſpiritus conceptaculum ſeu ventriculus hic conſiſtit: deinde quia totum id magis ad hãc quodammodo inclinat. Nõ enim vt baſis ipſius media exiſtit, thoracis lęuam dextrãque regionem exacte interiacens: ſic etiã vertex. nã figura turbinatũ eſt, vnde Gręcis conoeides appellatur. *Situs.*

Circumiacet ei pulmo, refrigerij gratia, quinque fibris, tanquàm digitis id cõprehendens, vt poſtea indicabitur. Vtraque ad baſim ipſius parte auriculas habet ſingulas, ad aurium proprie dictarum ſimilitudinem, ut oſtendetur. Circa dextram auriculam vena caua, vbi ſeptum permeauerit, in dextrum cordis ſinum, ceu ex latere ipſius, inſinuatur, quæ tunicam arteriæ ſimilem in corde nacta (vnde arterioſa vena dicitur) inde in pulmonem diſpergitur, ſanguinem elaboratum conferens. Ex ſiniſtro ſinu circa baſim maxima arteria, aorta dicta, omnium aliarum origo, prodit: altera ſui parte iugulum petens, altera deorſum ad ſpinam intorquetur. Prope ſiniſtrã auriculã arteria venoſa ex pulmõe aerem cordi defert: quorũ *Figura. Pulmo ĩcumbit. Auriculæ cordis. Venæ caue ramus ĩ cor Vena arterioſa. Aorta. Arteria uenoſa.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

omnium paulo poſt vberius meminero. nunc autem cauæ venæ ad ſuperiora du ctum perſequar: deinde arteriæ maximæ, ac neruorum ſexti coniugij, ſi hoc quod ſequitur prius adiecero.

Venarũ ſimplex tunica.

Venę totius corporis ex peculiari vna conſtant tunica. nam exterior membrana ipſis communis obhæreſcit, vbi colligari quibuſdam, aut fulciri, aut contegi deſiderant. Arterię vero duæ peculiares tunicæ exiſtunt: exterior ſane, qualis venę eſt: interior autem huius craſsitiem fere quintuplã obtinet, ad hæc durior, in tranſuerſas conſumpta fibras: exterior (quam etiã venæ obtinent) rectis fibris, & quibuſdã mediocriter obliquis, tranſuerſis nullis contexta eſt.

Arteriarum duplex.

Venæ cauæ duplex præſidium.

Vena itaque caua, vt tuto per totum thoracem excurrat, triplex habet præſidium. Per medium ſiquidem cor neruoſam validamque propaginem dextram auriculam, ceu manũ ei ſuppeditat. Per inferiora, quintam pulmonis fibram cõſcendit, ſuperius ſub iugulo glandium & maximum & mollisſimum habet ſubtenſum, quod Græci thymon appellant.

Diuaricatio venæ cauæ

Ipſa autem ad hunc modum diuaricatur. primum ramos duos, interdum etiã

tres, per vniuersum septi transuersi corpus mittit.

Deinde septum prætergressa capillares venulas in intersepientes membranas ac cordis inuolucrum dissseminat.

Postea dextram cordis auriculã attingens, in ipsius dextrum sinum inseritur, ceu ex latere sese aperiens.

Ab hac priusquam omnino sinum ingrediatur, propago procedit, quæ basim cordis coronæ modo cingens, in totam substantiam eius tandem perreptat. hæc nonnunquam gemina, vt duæ coronales arteriæ, visitur. *Coronalis uena.*

Modo cor paululum prætergressa, magna, coniugij expers (vnde azygos dicitur) ab ea propagatur. Hæc super quintã fere dorsi vertebram ascendens deorsum contorquetur, & octo inferiores thoracis costas, nonnunquam nouem & decem nutrit, singulis vtrinque venam distribuens. Istam infra cor oriri hactenus nõ animaduerti, imo raro e regione dextræ auriculę, sed quemadmodum in canibus ac simijs paulo supra cordis aurem.

Deinde vena caua sursum ad glandiũ pertinens, veluti in duos truncos bifariã distribuitur. A dextro (idem de sinistro *Axilla*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

intellige) ingens ſub claniculis in axillam propago pertinet, ſed priuſquam thoracem excidit à ſe ad quatuor, nonnunquã tres, nonnunquam duas ſuperiores thoracis coſtas venam tranſmittit. Poſtea thoracem egreſſa, propagines ad ſuperiores thoracis muſculos, mamillas & ſimã ſcapularum partẽ multipliciter diſſeminat.

Ex magna in anguli bifurcatione venæ ſub pectore vtrinque ſingulæ ſuperius comprehenſæ propagantur.

Venæ iugulares. Guiges. Quod autẽ totius venæ reliquum eſt, ita bifidum extra iugulũ emergit, ac mox pars vtraque in duas iugularias ſuperficiariam inquam & internam diſtribuitur. Prope internam, ad tranſuerſos colli vertebrarum proceſſus vena pertinet, quæ tandem ad cerebrum vſque excurrit.

Humeraria. Ab externa, quæ interiori multo maior eſt, inſignis ramus per humerum in partem exteriorem brachii excurrit, vnde & humeraria dicta eſt, ea ramulos in ſcapularum dorſum emittit.

Iam humerariam ac eam quæ per axillam in brachium pertinet, funiculo intercipies, vt cum brachium aggredieris ſanguine turgidæ appareant. Proinde non male feceris, ſi ex caua in illas ſanguinem

ante interceptionem propuleris.

Solent Anatomici venarum diſtributione in hunc modum oſtenſa, grandiores vinculis excipere, vt iis citra magnū ſanguinis profluuium a glandio reſectis, arteriarum ductus fiat manifeſtior. Verum cum magnus ſit labor, eas intactas alii relinquunt, ac ſic arterias aggrediuntur.

Maxima itaque arteriarum quam aortā appellaui, ex ſiniſtro cordis ſinu, ſi baſim ipſius leues, exoriri cernetur: ac quum primum a corde ſe promit, in parteis magnitudine inęquales deducitur. maior ad ſpinam deflectitur, quintæ thoracis vertebrę inſidens, inde vſque ad latum os deſcendit. circa cuius principium, ſuperpoſitam illi venam conſcendit. *Arteriæ aortæ diuiſio.*

Hæc ramos in ſingulas octo inferiores coſtas diffundit, deinde duas in ſeptum tranſuerſum propagines. Poſt has in ventriculum, omentum, lienem, iecur, bilis, veſiculam & inſignem per meſenterium ad inteſtina. Quas aliquando ab vna radice bifariam diuiſa deducit, aliquando ex duabus, aliquā do etiam tribus diſtinctis, idque ſuperius quam emulgentes arterię producūtur, quas eodem quo caua vena modo diuaricat. Has ſequūtur ſeminales *Ramus deſcēdēs*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

arteriæ & exiguæ ad ſingulas lumborum vertebras. Et iuxta os ſacrum haud aliter quàm vena bipartito ſciſſa arteria, partes ſingulas in crura ſibi ſubiecta ſingula mittit.

Ramus aſcẽdens Altera arteriæ magnæ pars ſurſum fertur ad iugulum, varias propagines in tranſitu, in thoracem, ſcapulas, brachiaque diſtribuens.

Primum autem inferius multo quàm iugula ſunt, in duos impares ramos ſcinditur. dexter ſiniſtro maior recta ad glandium, a quo ad ſuperiores coſtas, ad thoracis ſuperiores muſculos, & ſcapulam, & ante hæc omnia, ad pectoris dextram partem & ad tranſuerſos vertebrarum colli proceſſus propagines diſtribuuntur.

Arteriæ caroti-des. Quod vero eius arteriæ reliquum eſt, in duas Græcis vocatas carotidas. i. ſoporarias diffunditur.

B. Subethæ. Siniſter ramus oblique ad leuam axillã fertur, ac propaginem ſub pectoris oſſe, & ad ceruicis vertebras mittit. Reliquum vero eius, ad eum modum quo illa quæ in brachium fertur propagatum eſt. Vidimus tamen ab hac ſiniſtra, ſemel alteram carotidem deductam, ſicut etiam ambas pectoris aliqñ a dextra axillari diffuſas.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

Carotides ſurſum recta procedentes caluariam ingrediuntur, ibique plexum reticularem efformant, deinde veluti in duas rurſus coeuntes arterias, cerebrum tranſcendunt.

Quoniam vero nerui duo ſextum cerebri par iuxta carotidas deorſum feruntur communi vtrinque velamento, illorum quoque adminiſtrationem docebo quatenus ad pręſentia conducit. *Nerui recurrẽtes.*

Niſi fortasſis in ſecando peritior, muſculos quoque qui ad hyoides os ſpectãt diſſecare ſtatueris, nihil enim hactenus, quod horum aliquid impediat, diſruptũ eſſe oportet.

Ceruix itaque ſubiecto ſuſtentaculo exporrigi debet, capite inclinato, deinde maxilla inferior cultro fortiori diſſecta, leniter dirimenda eſt. & muſculi oſſis hyoidis primum veniunt inſpiciendi. *Adminiſtratio.* *B. Os landæ.*

Primus illi proprius, robuſtus eſt ac geminus, ab ipſius medio ad os pectoris vſque delatus. *Muſculi oſſis hyoidis.*

Secundus & tertius ſtricti & oblongi ſunt, ſcapulis, aliquando vero clauiculis, inſerti, qui cum primo, hyoides os ad inferiora trahunt.

Sextus & ſeptimus ſtricti & longi mu-

ſculi ſunt, vtrinque vnus ab ipſius óſſis lateribus, ad proceſſum ſtyloiden defertur. ambo ad obliqua hyoides os trahẽtes

Octauus autẽ & nonus, duo ſunt muſculi hyoidi oſſi non proprij, ſed ab ipſo oſſe, ad ſcutiformem cartilaginem laryngis protẽduntur. de quibus poſt audies.

Præter autem hos omnes, plurimi linguæ muſculi, huic oſſi implantantur.

Adminiſtratio. Muſculis his liberatis & preſertim illis qui ad thoracem ſpectãt, neruos ad aſperæ arteriæ latera ſitos aggredere, ac primum eos a carotide & interna iugulari mutuo fibrarum contextu ſecernito: deinde venæ & arteriæ in glandio inter ſe liberari debent ſcalpello myrteo, aut buxino, quandoquidem ferro multa lædi ſolent. Probauerim tamen venas vinculis interceptas prius auferri.

Dexter neruus. Alter itaque neruorum, per dextram carotidem deorſum fertur, ramum ædens ad coſtarum radices deliteſcentem qui vt antea dictum eſt ad inferioris ventris partes diſſeminatur. deinde inter venas & arterias glandij, quod thymos Græce dicitur, delatus, duos treſque ſurculos fundit ac rurſus coaleſcens, per ramum arteriæ magnæ in axilam dexteriorem excurren-

tem inflectitur: sursumque recurrit, arteriæ asperæ per membranulam annexus, donec in suos sibi dicatos musculos & gutturis caput inseratur. reliqua huius rami portio stomacho, dextræ pulmonum parti, & membranæ cor inuoluenti exiguis propaginibus communicatur, ventriculi autem ori insignioribus: quòd hāc particulam alimētorū appetitus instrumētum natura fecerit, sed mirabili artificio. Nā qui dextra parte descendunt, sinistrā adeūt, eique īplicātur: qui sinistra, dextrę.

Alter neruus per sinistram carotidem deorsum ad cordis basim procurrens, circa ipsius maximæ arteriæ per spinam descendentis truncum cōtorquetur, quòd iuxta arteriæ in axillam processum inflecti nequeat, ceu rectitudine impediente. totus hic neruus, præter eius partem ad costarum fines, vsque ad sinistram cordis basim indiuisa fertur: ibique exiguos ramulos pulmoni cordisque inuolucro, distribuit, ac sursum recurrens, asperæ arteriç & laryngi communicatur. quicquid est reliquum in dextram ventriculi oris partē & pylorum distribuitur, quæ apertius videbis, si diaphragma a vasis permeantibus diligenter abradas. *Sinister neruus.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

Admini-stratio. Iam foramine inter duas asperę arterię cärtilagines dissecto, poteris immisso calamo pulmonem a ministro iubere inflari: nec incommode feceris si idem ventriculo ad ecphysim ligato & œsophago vulnerato, tentaueris. Videbis enim in quantam capacitatem ventriculus distendi a cibo & potu potest.

Arteriæ uenosæ actio. Post aortam, alia arteria est in sinistro apparens ventriculo, quæ ex pulmone aerem in cor transmittit, fuliginosaque ipsius recrementa educit, venosa, quia venæ tunica vestitur: vsus autem ratione, arteria est. Sicut vas illud sanguinem pulmoni ex dextro cordis sinu deferens, vena est, vsus respectu: arteria, tunicæ.

Venæ arteriosæ actio. *Admini-stratio cordis eximēdi.* Reliqua in corde examinanda, commo modius eo thorace exempto videbũtur: quod recte fiet, vasis duobus insigniori-bus, nempe vena caua, & arteria aorta, lõge satis a cordis substantia funiculo intercептis, ac scalpello diuisis, sãguine si quis effluxerit ex sectionum labris, spõgia, aut hapso lini deterso. Neque vetamus corde in thorace relicto sectionem aggredi.

Substantia cordis. Vbi igitur exemeris, carnem ipsius duram contemplator, iniuriæ vix opportunam, ex diuersis conflatam fibris: qua re a

musculis

musculis diuariat. Siquidem hi fibras situ simplices obtinent, cor autem diuersas: quemadmodum peculiaris vuluæ tunica & vesicæ. Illi autem rectas solum iuxta longitudinem, aut transuersas in latum vtrasque nulli habent: cor non has solũ sed etiam obliquas nactum est. *Cordis fibræ.*

Iam fibræ hæ ab alijs omnibus differunt, duritie, vigore, vniuerso robore, & patiendi cõtumacia. Est enim motus cordis; non arbitrarius, nec cessare, quoad animal vita fruitur, post. Musculorum autem functio subinde cessat, ac rursus excitatur, animantis arbitrio subseruiens.

Porro his fibris duplex motus perficitur. Nam fibris longis in se coeuntibus, alijs, immo omnibus relaxatis, segregatisque, cor distenditur & dilatatur, quæ diastol appeellatur: contra relaxatis longis, latis autem in se coeuntibus, rursus constringitur, submittitur, & hic systole dicitur. Tempore autem hos motus intercedente, quies quædam breuis accidit, corde quidem ijs quæ insunt circuntracto, fibris autem omnibus præsertim obliquis agentibus. *Motus cordis.* *Systole.* *Quies.*

Quum dilatatur quidem, spiritum ex pulmone mediante venosa, refrigerij gra *Diastoles usus.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

Systoles usus. tia, & ſanguinem ex caua vena attrahit, quum contrahitur fuliginoſa excrementa per venoſam, & ſanguinem in pulmones per arterioſam, & ſpiritum per aortã, in vniuerſum corpus expellit. Cor enim natiui caloris, pulſuumque & animoſæ facultatis fons & initium eſt. vnde non iniuria an idem cordis & arteriarum pulſus ſit ambigitur: propter trãſmisſionem materierum ex corde dico, quam per contractionem, vt intromisſionem per diſtentionem, fieri certum eſt. Et ſenſus in viuis diſſectis animanribus hæc quoque obſcure indicat.

Partes cordis. Subſtantia eius diligenter inſpecta, particulæ primum exteriores, mox interiores examinari debent. Foris igitur vtraque ad baſim parte aures, vt dixi, ad ſimilitudinem quandam proprie dictarum aurium ſingulæ annexæ ſunt, neruoſiores, magiſque cuticulares ipſo cordis corpore apparent: colore nigriores, & corpuſculis cutaneis manifeſto ſimiles, ſinus cuiuſdam ante cor efficiundi gratia: ob quam rem & natura cauas & cuticulares condidit: cauas ſane, ut ſinus producant: cuticulares, vt cordis motum prompte ſequerentur.

Exteriores.

Aurium cordis uſus.

Cuticularũ ſubſtantia.

Vena extrinſecus ſuperficiem eius coronæ modo cingit, vt dixi ſtephaniça inde vocitata, cauę venæ antequam dextrũ vẽtriculum ingrediatur, ſoboles, tam magna, quanta ei nutriendo ſufficit. Nerui autem nulli in cordis ſubſtantia apparẽt, ſicut nec in iecoris, vel renum, vel lienis. In pericardio autem membrana ſubtiliũ neruorum, vt dixi, germina conſpiciuntur: aut ſi in corde ſunt, non in totum viſcus diſperguntur, & viſum effugiunt.

Nerui nõ uidentur ĩ ſubſtãtia cordis nec iecoris, nec lienis, nec renũ.

Intus ſunt ſinus duo, dexter & ſiniſter, interſtitio carnoſo & craſſo diſcreti, per cuius poros ſanguis ex dextro ad ſiniſtrũ transfertur. in vtroque vaſa duo habentur: dextrum, qui & mollior tactu eſt, & capacior caua vena egreditur: ſiniſtro venoſa arteria inſeritur, & magna prodit. Verum vt ventres oculis vſurpes, ſcalpello vtendum. Dexter linea recta diſſecetur, ac niger ſanguis profluit, qui ſinu dilatato, preſſiſque vaſis ſpongia & penicillo eluendus eſt, ne poſtea impediat. eodem modo ſiniſtrum diuidito, iuxta arteriam venoſam ſcalpellum adigens, non ita ad latus, ſed ex aduerſo anguli inferioris, qui in dextro ſinu a cordis interſtitio exiſtit.

Vẽtriculi cordis.

Adminiſtratio.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

Ora uasorũ duo

In his ſingulis cordis ſinubus duo vaſorum ora deprehenduntur, in ſiniſtro ſinu cor minoris orificij conſortio pulmonum arterijs continuum eſt: maioris, omnibus arterijs. In dextro, alio ſanguis in cor diſtribuitur, alio ex ipſo in pulmonẽ.

Oſtiorũ cordis et earum uſus.

His ſingulis rurſus vaſorum oſtijs, mẽbranæ ex ipſo corde obnatæ ſunt, vt videbis ſi ſpecillo eleuare coneris, quibus ad miniſterium materiæ introducendæ, & rurſus educendæ cor vtitur. Sunt autẽ in oſtiolo cauæ venæ tres ſpiculorum ſulcis ſtructura ſimillimæ, vnde puto etiam triſulcas appellant, foris intro nutantes, craſſitie, robore, magnitudine inſignes: quæ ne ſanguis ſemel ingreſſus retrocedat: inhibent: quanquam & attractionis ſint inſtrumenta. Etenim vaſorum tunicæ, dum per has membranas corde tenduntur, promptius contrahuntur, pelluntque facilius, corde materias trahente quum non ſua ſponte materia ingrediatur, tanquam in ſolium quoddam inanimatum, ſed ipſum cor eleuatum vt fabrorum folles, attrahat. deinde cum contrahitur, oras membranis claudi, ne quid attractum recurrat.

Mẽbranæ. Cauæ uenæ. Triglochines.

Venæ arteriosæ.

In venæ arterioſæ oſtio totidem mem

branæ ſunt, ſed ab intimis foras ſpectantes antiquiorem Græcorum literam C repræſentantes, in eundéque vſum creatæ.

In ſiniſtro cordis ſinu maximæ arteriæ oſtiolo tres membranæ ab interiori foras tendentes obnaſcuntur, figura ſimili prçditæ. In hoc quoque ſinu ſpecillo aut digito inſerto membranas attollis, diſtendiſque: diſtentum ſic diuidis vſque dum ad latum intus ſpacium perueneris. At in arteria venoſa ſimillimæ quidem ſpecie venæ cauæ membranis, numero autem impares. Hoc enim ſolo corpore duarum membranarum prouentus eſt, vt cuius oſtiolo non exquiſite claudi fuit ſatius: quoniam & fuliginoſa recrementa ex corde in pulmonem facillius ſic mittebantur quæ natiuum calorẽ posſint extinguere. *Arteriæ uenoſæ duæ.*

Poſt arteriæ aortæ membranas, coronales duas arterias conſyderabis, membranulas leniter ſpecillo eleuans.

Iam os cordi indidit, ſed non vniuerſis exactum os, verum cartilagineum: in minutis animalibus, pars cartilaginoſa eſt: in grandioribus, exacta cartilago: in valde grandibus, cartilago oſſea. & quanto animantis genus corporis mole vaſtius fuerit, tanto plus oſſeæ ſubſtantiæ cartilago *Cordis os.*

ſortia eſt. & in maximis vbi plus oſſeæ ſubſtantiæ gignitur, conuenit ipſam tūc appellare os cartilagineum, non cartilaginem oſſeam.

Ipſum autē rectisſime inuenies, ſi aperto ſiniſtro ſinu, & magna arteria in longum diſſecta, eius eiuſdemque membranarum radices ſequaris. Siquidem aortę, venæ arterioſæ, & membranarum earundem radix in ipſo cordis oſſe conſiſtit.

Pulmo. *Fibræ pulmōis.* Cæterum pulmo cordi quatuor fibris, vt dixi, circundatus eſt, duabus in dextra ipſius parte, duabus in ſiniſtra. Nam quæ prę̨ter has in dextra thoracis parte exigua admodum apparet, veluti alterius ſoboles eſt. facillime eam comperies, ad venā cōcauam animum dirigens. illi ſiquidem, vt dixi, ceu ſubſterniculo innititur. Quare ea concauitatem quandam in ſuperficie obtinet, cui vena dum viuit adhuc animal, affirmatur, vt antea admonuimus. *Situs.* Nam poſt obitum pulmo ſemper collapſus & exiguus apparet, haud pauca ipſius & thoracis facta intercapedine, contra quàm in viuo animali habebat. Licet ſubinde in hominibus thoracis lateribus, preſertim ſiniſtro adhærere reperirim.

Caro ipsius leuis, rara, cauernosa, & ve *Substantia.* luti ex spuma quadam sanguinea concreta, aeria, spirituque plena. quæ vt cor ipsi alimentum subtile, leue, vaporosum, purumque præparat: ita aerem extrinsecus assumptum cordi immutat alteratque. Hæc vasis compluribus retis modo intertexta est: vena arteriosa ex dextro cordis sinu, arteria venosa ex sinistro, aspera ex pharynge, quæ primum omnia simili mo *Vasa pulmonum.* do in duos diuaricantur ramos: quorum hic dextram pulmonis, ille sinistram perreptat. Deinde vterque rursus bifariam scinditur, partim in superiorem, partim in inferiorem regionem. Postremo multiplices in quatuor fibras mittit propagines. Nam quintam a vasis, quę maiorem ingrediuntur, semina quædam recipit. Quam vasorum insertionem clarius deprehendes, si specillum illis inseras, ac vi pulmonem vt eius caro a vasis separetur comprimas.

Vena autem pulmoni inseritur maxi- *Vena arteriosa.* ma, vt quanto minus alimento quod sufficit, suggerendo propter tunicæ crassitiem respondet, tantum sua amplitudine compenset. arteria lęuis quæ ex *Arteria uenosa.* corde vitalem spiritum cum vaporoso

ſanguine communicet, & fuliginoſa recrementa expellat. Aſpera, quæ ſola ſanguinis expers eſt, natura inter alia duo media quæ cordi refrigerium leuis arteriæ, cui iungitur, interuentu ſuggerit. Verum primum aerem ceu leuisſimum attrahit, eoque aſperas arterias replet: deinde fuliginoſis recrementis leues arterias implet. Poſtremo ſanguinem e corde allicit. Aerem autem attrahit dum a thorace dilatatur. nam a ſe nullum habet motum peculiarem. Quum ſubmittitur aeris ſuperfluum & recremēta cordis propellit. atque illa inſpiratio, hæc expiratio dicitur, quæ duæ reſpirationis vocabulo continentur.

Aſpera.

Reſpirationis ſpecies.

Rō ſtructuræ uaſorū pulmonis.

Porro vena pulmonis facta eſt arterioſa, hoc eſt denſa, craſſaque, ne ſanguinē craſſum pulmoni, natura leui & aerio trāſmittat: arteria autem venoſa, vt quanto minus craſſa vena ſanguinis fæculenti relaxet, tāto plus aerij & vaporoſi, ob texturæ raritatem admittat. Aſpera voci ædendæ aliter fieri commode non potuit: ſanguinis expers, ne aer ingrediens, impedimentum itineris ſentiat. Quando vero vaſis alicuius ruptura, vel adapertio, vel eroſio in pulmone accidit, tunc etiam in hāc

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

arteriã ſanguinis aliquid effunditur, qui vias ſpiritus intercipiens affligit pulmonẽ, tusſimque excitat, ac deinde per pharingem in os effertur.

In membranam pulmones inueſtientẽ tria hæc vaſa commemorata extremo ſuo quolibet ore deſinunt, inter ſe proxima. Verum aſperæ arteriæ partes extremæ nõ adeo anguſtæ ſunt, vt læuarum arteriarũ & venarum. Præterea ora ſunt multo ampliora in omnibus fibris, eſſentiaque cartilago eſt, quæ concidere atque concludi vndequaque non poteſt. Vnde fit etiam vt humorem intra thoracem collectum, pulmone a thorace qui eum vndique cõprimit, dilatato, ora aſperæ arteriæ hiãtia ad ſe recipiant: receptum tusſis expellat. *Ora uaſorum pulmõi[s]*

Huius arteriæ initium & conſtructionẽ ſpectabis, vbi prius te admonuerim, gulã qui ſtomachus Græce ſeu œſophagus dicitur, ſub aſpera arteria deorſum recta per ſpinam deferri: ac vbi ad quintã vertebram perueneris, magnæ arteriæ deſcendenti cedere, ad dextrum latus declinantem, vſque dum ad ſepti tranſuerſi regionem pertingat, vbi arteriam conſcendens ad ſiniſtram, vt ante diximus, partem, in ventriculi os finitur, quæ omnia fibroſis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

tantum corporibus cohærent.

Itaque maxilla a genis ſcalpello ſeparata, (niſi genæ muſculos & labrorũ prius velles examinare) duo meatus in lato oris ſpacio apparent, hic iuxta pronam colli partem & aſpera arteria dicitur: ille ad ſpinam & ſtomachus ſeu œſophagus appellatur. Arteriæ autem meatus totus magna ſui parte ex cartilagine conſtat, quæ exactum fere circuli orbem, foris gibbum, intus cauum flexa, annulos complures efficit, qui membranoſis fortibuſque ligamentis connectuntur. Qua ſtomachum attingit arteria cartilaginea non eſt, atque hac parte circulo non reſpondet: eoque ſingulos cartilaginum orbes ſigmoides Græci, quòd antiquiorem C literam repręſentet, appellant.

rteria ſpera.

His ligamentis, & cartilaginibus tunica intus obtenditur, exacte orbicularis, omnia demulcens, denſa, tenuis, modice ſicca, rectis ad longitudinem fibris contexta ei continua quæ totum os & partem ſtomachi, & vẽtriculi totius internam ſublinit: foris rurſus omnia hæc alia membrana, veluti operculum conueſtit. eadem ſtructuræ ratio ad extremas vſque fibras ſeruatur.

unica ſperæ teriæ terior.

xterior embrana.

Cæterum per hanc arteriam inſpiramus, & rurſus expiramus, efflamus, vocē edimus. Nam proprium ipſius inſtrumentum, hęc arteriæ cartilago exiſtit. membranoſa autem ſubſtantia cartilagini cōiuncta eſt, vt dilatari ac contrahi, ad motus, quos dixi, obeundos, poſſit: ad ſtomachum autem cartilaginoſa non eſt arteria, ne cibum ingredi prohibeat. *Vſus arteriæ aſperæ.*

Quia vero ſæpe aliquid pituitæ inutile a capite in arteriam defluit, nec non potus aliquid & cibi inter deuorandum illabitur: præterea aeris quædam qualitas, vel fumi, vel cineris, vel carbonum, vel alterius cuiuſdam facultatis medicamentoſæ particeps: adde quòd pus tuſſi expectorandum quandoque malignum erodens, aut alius quis humor, vtpote flaua bilis, ac atra, aut pituita ſalſa intus putredinem experta, per hanc efferri debent, natura tunicam circundedit, ne cartilago radatur, & roſionem alterationemque ab his ſentiat: ſiquidem curatu difficillima eſt, tunica facillima: niſi portio eius ob magnam putredinem corroſa, nudam relinquat cartilaginem.

Porro ſubtilis facta eſt, ne magnam totius arterię amplitudinem occupet: den-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

ſa, vt humores ad cartilagines defluentes ab ipſis arceat: vnde & modice ſicca eſt: quippe irrigata & madida raucam vocem ederet. Nam melius ſonant ſicca, quam humectata: ſicut & immodice ſicca peius, quam moderate: quod in vehementibus febribus deprehenditur.

Larynx Caput huius arteriæ larynx & bronchi caput dicitur, ex tribus compoſitum carti laginibus: quæ alijs in arteria ſitis neque magnitudine, neque figura reſpondent. *Cartilagines laryngis.* Prima quæ & maxima, foris gibba eſt, quam & tangimus, intus caua, ſcuto ſimi lis, non rotundo vndique ſed prælongo. Secunda innominata quanto minor eſt, priore, tanto maior eſt tertia, internis huius partibus, conſiſtens, qua ſtomachus ſubſidet, non membranoſa hic, vt arteriæ pars, ea exiſtit, perfectum abſoluens circulum. Tertia arytenoidis appellata, incipit vbi ſecunda in duas definit conuexitates exacte ipſis eminentiis concauitates ſortita, vt coapplicatio harum duarũ cartilaginũ duplicẽ efficiat articulationẽ.

In larynge primum vox efficitur. eius orificium dum reſpiramus, dilatatur: quũ deuoramus, comprimitur plurimum, nõ nũquam exacte: ob quod ligamentis mẽ-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

branosis neruosisque coarctatur.

Propter hoc ipsum & musculi in larynge facti sunt, proprij quidem duodecim, octo autem cum alijs communes. Rursus ex proprijs, decem tribus cartilaginibus communes sunt, quatuor primam cartilaginem secundæ connectunt in animalibus magna voce præditis: inter quæ homo numeratur: alij quatuor in quolibet animante secundam tertiæ connectunt: alij duo primam tertiæ. Reliqui duo ex duodeno numero ī basi arytenoidis qua secundæ connectitur, existunt. *Musculi laryngis 20.*

Iam primi quatuor ex commemoratis, exacte arctant finem laryngis inferiorem, adducentes primā secundæ. Alij quatuor secundam tertiæ iungentes, aperiunt superiorem finē laryngis, retrorsum refringentes qui retro secundæ cartilagini incū bunt, ad obliqua vero deducentes plurimum, qui ibi sunt. His contrariam actionem habent duo primam tertiæ nectentes, quibus auxiliantur alij duo ad basim tertiæ cartilaginis aduniti, qui simul superiorem laryngis finem claudunt. *Proprij. Propriorū usus.*

Communes musculi & soli scutiformi proprii, octo a Galeno enumerantur, nos sex vidimus, qui laryngem cum vicinis *Cōes.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

partibus in ambitu colligant, alterius motus duces, per quem totus ſpiritalis meatus dilatatur & contrahitur.

Duo à minoribus hyoidis oſsis lateribus enati, ſcutiformi cartilagini ſuperten ſi illi implantantur, ipſam a poſterioribus cartilaginibus abducentes, ac meatum dilatantes.

Tertius & quartus prope horum finem a prima cartilagine explantati, pectoris oſsi deorſum protenſi inſeruntur, inferiores cartilaginis partes contrahentes, nec non aſperam, ne quid implicetur, neque nimium dilatetur, vbi vociferari animal cogitat.

Reliqui duo tranſuerſi, ex obliquis ſcutum imitantis cartilaginis partibus explatati, deinde in circuitu ſtomachum comprehendentes, inuicem carnoſo tendine coeunt. Hi primæ cartilaginis partes protrahunt & ſecundæ applicant, meatus ſtringendi gratia.

Præter hos omnes duos reperi ad epiglottidis radicem qua ſcutiformi cartilagini adnaſcitur, qui epiglotidis aperiendi officium habere viſi ſunt.

Nerui uocis. Hi nerui tibi occurrant, quos ſuperius ex ſexta cerebri coniugatione cum canti-

dibus procedere deorſum, inde ad laryn gem reuerti, eique communicari vocis ef ficiundæ gratia, diximus. Nam ſi quando lædantur, illa aut vitiatur, aut in totum aboletur.

Laryngis orificio veluti operculum quoddam natura obiecit, particulam quandam ex linguæ ipſius radice profectam, quam Græci epiglottida nominãt. Hæc recta conſiſtit, quo tempore reſpira mus: inclinat, caditque ſupra laryngem, quum deglutimus. Epiglotti

Subſtantia epiglottidis, cartilaginoſa eſt abunde, tenuis, rotunda in longum, vt quum reſpirationis vſus eſt aperiatur, & quum cibus aſſumitur ſubſidat, laryngis ore paulo amplior, vt exacte claudat: non vt nihil prorſus contrarijs oſtijs incidat, ſed ne multum, neque vniuerſum. Nam ex potu momentum in arteriam cir ca ipſius membranam, ceu aqua ad parietem, non per medium intus ſpacium illabens, irrorat humectatque pulmonẽ, ſpiritum non impedit.

Tertiæ cartilaginis finis ſtomachum ſpectans, inter vomendum ad laryngis orificium inuerſa, ne materia in aſperam arteriam deferatur, impedit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

Admini-stratio. Porro horum diſſectio operoſa ac difficilis eſt, quare vt in boum larynge te primum exerceas ſuadeo, & poſteaquam oſſis hyoidis & trium cartilaginum naturã & connexum in vna larynge didiceris, in alia muſculos aggredere. Primum paruo cultello obtuſiori in oſſis hyoidis deſcriptione enarratos diſſecabis, deinde communes laryngis, primum quidem duos ab oſſe hyoide, duos a ſcutiformi cartilagine ad pectus delatos, duos ab obliquis primæ cartilaginis partibus ſtomachum complectentes. Poſtea proprios ac primũ exteriores, qui primam ſecundę nectunt, duos qui primam tertiæ, duos interiores qui primam ſecundæ, quatuor ſecundã tertiæ iungentes, primũ tamen obliquos, vltimo qui in baſi tertiæ ſunt.

Lingua os hyoides. Abſolutis iam his lingua ipſa venit examinanda, licet non inepte feceris, ſi aliquando illam ante laryngem diſſecueris, quę ad radicem qua oſſi hyoidi affixa eſt valida magnaque firmitatis gratia apparet: tenuis autem ad extremum, nimirum quo celerius moueatur, tunica ori communi veſtita.

Muſculi Muſculi ex omni ipſius parte habentur qui ſuperiore palatum, verſus eam mouent:

uent:

uent: qui ab inferiore incipiunt, deorſum. Laterales muſculi, in latera adiungũt plurimi ex his ex oſſe hyoide dicto, quòd literam Græcam υ referat, prodierunt. quos ita adminiſtrabis ſcalpello, vt omnes reliquos.

Item duæ arteriæ linguæ inſeruntur, vtrinque ſingulæ: duæ quoque venæ, quas in affectibus quibuſdam etiam diui dimus. inſuper & duo neruorum paria: alterum molle alterum durum. illud ex tertio neruorum pari externæ ipſius tunicæ ſaporibus diſcernendis dicatum diſtribuitur, hoc ex ſeptimo muſculis motui arbitrario conueniens. *Arteriæ* *Venæ.* *Nerui.*

Quia vero lingua deſiccata, vix moueri poteſt: id quod apparet in ijs qui vehementer ſitiunt, quibuſque per febres ardentes tota velut arefacta oris humiditas abſumitur, natura glandulas, ſpongijs ipſis ſimiles. carnoſas, vtrinque ſingulas appoſuit, vocant tonſillas Latini: & præter has, alia glanduloſa corpora paulo inferius, poſuit paryſthmia vocant. Hæc diſtentis maxillæ partibus, quas iam cultro diremiſti, in conſpectum prodeunt. *Tõſillæ* *B. Amygdalæ.*

Ab his omnibus humor pituitoſus liquidu[illegible]ſtatur, quo lingua, larynx, *Vſus.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

aſperaque arteria roratur, humeſcitque.

Gargario. In ſumma oris parte carnoſa quædam particula ſuſpenſa apparet, in viuo autem ſi quis toto ore latisſime adaperto linguã deprimat.

Hæc caruncula pluribus nominibus a veteribus nominatur: gargario, quum ſana exiſtit: dum vero columnę inſtar pro-

Columelli. pendit, colũna & columnella: & quum ſuperius anguſta, inferius autẽ rornnda vuę

Vuula. inſtar depẽdet, vua & vuula appellata eſt.

Vſus. Hęc particula vocis plectrũ eſt, vt quod ad illius magnitudinem, & pulchritudinẽ conferat. Deinde hunc vſum præſtat, vt aer ingrediens primum ab ea incidatur, frangaturque impetus illius vehementia: & ob id etiam frigiditatis. Si quidem nõnulli quibus gargario ad radicem præfectus eſt, non vocis tantum læſionem, ſed etiam frigidiorem inſpirationem experiũtur: vnde fit vt thorace & pulmonibus quandoque refrigeratis, multi id hominum genus interierint.

Hæc madorem a cerebro recipit, quo ſuperiores palati partes humectat. ſi plus iuſto humiditatis recipiat, interim laxatur ac fatigata deſcendit: interim inflammationem experitur, & ne potus, nec ci-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

bus posſit deuorari, impedit.

Hic ſecundum librum finire res exigit, ſi hoc tantum adiecero, dentes numero in hominibus variare: plurimum autem trigintaduos reperiri, quatuor infra & ſupra incidentes qui tomeis Græcis dicuntur, quòd ad cultri ſimilitudinem cibis incidendis ſuapte natura valent. hi omnes ſingulis radicibus cauernulis ſuis, quę phatnia appellant, nituntur. Hos alij duo cingunt ſinguli vtrinque, quôd canum dentibus quàm ſimillimi ſint, canini dicti, ſingulis & hi radicibus inhęrent, ad ſolidiorem cibum confringendũ aptiſſimi. Vltra hos maxillares, ab vtroque latere, nonnullis quaterni, ſeniue oriuntur: eos non modo maxillares, ſed molares quoque appellãt, quòd ijs cibi veluti molis fruges cereales tenuantur, & atteruntur. Verum qui maxillæ ſuperiori infixi ſunt, ternis radicibus inhæreſcunt: qui inferiori, binis. Primi tamen omnium interiores ſupra ſæpe cum quaternis, infra cum ternis radicibus deprehenduntur. *Dẽtium numerus*

Cæterum ex oſſibus ſoli dentes fere quouis tempore vitę incrementum accipiunt: quantum vero augentur, tantum leuigandis cibis atteruntur. Item molles

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

cerebri nerui radicibus eorum inserũtur, ob idque soli euidentem sentiendi vim habent, quod in doloribus experimur.

Nam per maxillam tum inferiorem, tũ superiorem tenuissimis foraminibus nerui a tertio cerebri pare elabuntur, qui dẽtium sedibus adhærescunt, a quibus gingiuæ, dentes ipsi & membranæ ambientes sensum percipiunt.

Labra. Diligentem itaque curam adhibeto dũ labris maxillæ cutem adimis, ne scalpello neruos disseces, qui etiam pro labrorũ natura ex imo sursum versus deferuntur.

Habent autem labra naturam, vt hoc obiter adijciã, singularem eximiamque. Etenim præter varios ipsorum motus, quorum gratia condita sunt, potiorẽ corporis substantiam ne vel excogitare poteris. Quippe deflectere ipsam licet, ac a situ suo auertere, attrahere & distẽdere, stringere & laxare, quocunque edentium, vel bibentium, vel differentium, vel aliam quandam functionem obeuntium vsus vocauerit.

Musculi labra & buccam mouẽtes Nam musculi duo lati, & graciles a spina colli incipientes in buccam & labra cessant: vnde membranosum procedens ligamentum, quod talibus constat fibris,

quales vniuersi musculi obtinent, substā tiam ipsorum constituit.

Complures etiam fibræ ex scapularum propter spinam regiōibus obliquæ emergunt: quemadmodum ex humerorum clauicula rectę, & quæ a spina transuersę. Harum sanè complures, vbi ad summum meatum excesserint, labris inseruntur, in se mutuo ac variatis vicibus & quasi crumenæ inuicem contractæ coalescentes, labium partim a sinistra ad dextrā, partim a dextra ad læuam extendunt.

Membrana ipsa cui fibræ cohęrescunt, non alijs membranis crassitie vel robore respondet: sed crassior omnibus & valentior est, tantoque valentior quanto crassior. Nam ex ligamentorum & substantia & natura constat, ex summa in collo vertebrarum spina exorta. *Mēbranæ.*

Iam labra maxillæ ossi tertiæ cuiusdam substantiæ fungosæ interuentu exacte iū gūtur, vt tota ipsorum natura ex tali substantia toto & tribus alti musculi terminis inuicem concretis sit conflata.

Proinde latorum musculorum beneficio in latera secundum transuersas ipsorum fibras mouentur: deorsum vero, sursumque versus motū tota ipsorum sub- *Motus.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

ſtantia ſuppeditat.

Nerui. Ob hos motus natura neruos ipſis per maxillam tenuiſſimis foraminibus tranſmiſit, qui per ſumma tum inferioris tum ſuperioris patent.

Hi ſane ipſi nerui labra deorſum retrahere ſolent: extrema vero vtriuſque muſculi lati, tenuiſque ipſis inſerta contrahunt pro fibrarum ſitu, quæ a clauiculis, ſurſum porriguntur.

Sicut autem his nerui ab inferiori maxilla, ita ſuperioribus labris a ſup ore ſubminiſtrãtur: ipſi quoque in vniuerſis animantibus tenuia foramina percurrentes.

Item ſuperiora eodem mouẽtia modo quo inferiora: nempe ſurſum retrahũtur quidem a neruis commemoratis, muſculis vero tenuibus ſibi proprijs. In latera aguntur fibris latiorum muſculorum eo pertinentibus: in ſe contrahuntur, alijs e diuerſo complicatis.

Tunica labrorũ. Cæterum tunica labrorum communis eſt oris, continua internæ ſtomachi & vẽtriculi, ob quod lege conſortij per vomitum inferius labrum tremit.

Omitto nunc breuitatis gratia muſculos, qui narium alas mouent: tales natura, qualis & latus a Galeno primum inuẽtus

existit, qui a malis paulatim descendentes alis narium & superiori labro inseruntur. ad hæc musculosam compaginem, cuti in facie subiectam, qua supercilia attollũt quæ a Chirurgis cognitu necessaria est, dum sectiones in frõte rectas potius quã transuersales moliri debent.

Præterea in alium locũ differendi sunt musculi massiteres seu mandibularij in ipsis genis collocati, quibus maxillam inferiorem ad latera ducendi actio concredita est. musculus temporalis sub osse iugali magna ex parte locatus, suo tendine ex ipsius medio nõ fini in inferiorem maxillam pertinente, os claudens musculus in ore delitescens, qui inter cauitates processuum ossis cuneiformis (quas alas dici mus) enatus, & robustissime maxillã inferiorem comprehendens, vnâ cum temporali ad oris clausionem auxiliatur. Et præter hos longus musculus, a processu styloide explantatus, & toti interiori parti maxillæ inferioris insertus, ac in ipsius medio neruosam tenuitatem habens, qui solus propemodum os adaperit. Atque ita nunc tertium librum aggredi tempestiuum est.

Mãdibularij musculi.

Tẽporalis.

Musculus cũ temporali os claudẽs.

Musculus os aperiens.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

INSTITVTIONVM ANATOMICARVM SECVNDVM GALENI ſententiā ad candidatos Medicinę Liber tertius, Ioanne Guinterio Andernaco auctore.



VEMADMODVM ſuperiori libro thoracē, vobis medicinæ candidati, ſuis prius finibus deſcripſi, quam ad conſectionem eius accederē: hic quoque caput, veluti tertiā operis noſtri partem interpretaturus, primum externas ipſius parteis breui ſermōis compēdio deliniabo: deinde ad internas adminiſtrando deſcendam: idque eo diſciplinæ ordine, quo alias vſus ſum.

Figura capitis naturalis. Capitis itaque figura naturalis ad oblōgæ ſphæræ ſimilitudinem ſtructa eſt, priorem poſterioremque ſui partem prominentiorem obtinens: quod enim acu-

minato vertice faſtigiatur, cuiuſmodi Therſitis apud Homerum fuiſſe dicitur, & aliæ duæ in quibus altera eminẽtia petit, a natura recedunt.

Superiori parte primum occurrunt capilli, ex fuliginoſis recrementis surſum elatis enaſcentes. mox cutis denſa, dura, ſicca & craſſa apparet, cui radicibus illi inhærent. In fronte & genis haud ita ſeparari à ſubiectis poteſt, ĩ illa muſculoſa compago eſt, in his muſculorum fibris intertexta, vt in labris. de ſupercilijs, cilijs, oculis, auribus, naſo, ſuo loco agetur: nunc id quod proximum eſt exequemur. *Capilli.*

Linea per mediam frontem, & occipitium orbicularis ſcalpello ducitur, cutiſque aufertur. quo adminiſtrato, membrana quædam, quòd caluariam extrinſecus ambiat, pericranios dicta, apparet, quæ ex duriore cerebri inuolucro habet originem. Hæc eadem in oculis vocatur adnata, eo quòd alijs quæ oculum ipſum conſtituunt, tunicis extrinſecus obnaſcitur. Sub ea perioſtios omnibus oſſibus corporis commune tegumentum, eſt. *Adminiſtratio.* *Pericranios.* *Adnata tunica.*

Si ambæ membranæ daradantur, nuda caluaria in conſpectum venit, ex multis *Vſus ſuturarum*

conflata ossibus, quæ suturis committun tur, vt fuliginosa cerebri recrementa per has transpirent, & crassum inuolucrum ossi capitis alligetur, vasaque excidant, hæc foras, illa intro, pericranei producen di gratia. Siquidem ligamenta commissuras elabentia in tenuem hanc membranã coalescunt, vniunturque.

Suturæ. Tres in capite suturæ sunt, ac duæ quidem transuersæ: quarum altera in occipitio est, in sincipite altera. tertia a medio posterioris per capitis longitudinem ad mediam vsque anteriorem extenditur. Anteriorem coronalem vocant: quandoquidem coronæ in ea potissimum capitis parte collocantur. Posteriorem a literæ V similitudine lambdoide nominant. Harum suturarum figura H literæ præcipue similis est, atque hæc in naturali structura, nam in tribus præter naturam capitis figuris, illæ pro eminentiarum perditarum ratione euariant. Sed de illis & ad aures duabus commissuris fusius in libello de ossibus.

His ita extrinsecus breuiter consideratis, caluariam leuiter iuxta dictam orbicularem lineam diuidis, ita vt nihil eorum, quæ cerebrum ambiunt, violes, id quod

ſerra tenui & recta (non autem vt hodie quidam ridicule ſcripſit, falcis inſtar incurua,) ex duriore ferro recte adminiſtrabis. Nam ex infirmiori fabricata multis ictibus parum adeo proficiunt. Quanquam vehementer feriri caluariam nolimus. quippe huiuſmodi ictus cerebrum natura tenerum valide concutiunt, diſſoluuntque, diuelluntque. Hic ſedulo bacillo aut ſpecillo ſectioni immiſſo, num cranium ad duram vſque membranam diuiſeris experire.

Diuiſa iam in orbem caluaria iuxta lineam in cute dictam aufertur, diligentia adhibita ne quid interaneum excidat: fiet autem id rectisſime ſi fortioris cultri gibbo ſectioni impoſito, cranium prius liberare tentaueris. Iam ſtatim membranæ duæ, quas menyngas vocant occurrunt. Priuſquam vero ad eas digrediaris inſpiciendas, conſiderato cerebrum in tres partiri parteis, ſiniſtram & dextram, ac vltimam, quæ his a tergo adiacet, vnde Græci parencephalida, Latini cerebellum vocant.

Menynges.
B. Siphac cerebri.
Partes ſubſtantiæ cerebri.
B. Dura mater.

Exterior itaque nõ ſimpliciter inſitũve lamẽ exiſtit, ſed contra caluariæ occurſus propugnaculũ, vt quæ inter os caluariæ na-

Dura mẽbrana

& interiorem membranam media natura ſit, quam ſiue craſſam ſiue durã, ſiue cuticularem appellare malis, nihil intererit.

Duræ crasſities

Hæc autem iuxta mediam longitudinẽ multo crasſior eſt, quàm primum apparet ſub ſutura lambdoide duplici ſtructa plexu, ſimul & cerebrum aliquatenus ingreditur in parteis duas æquales qua potisſimum caluariæ ſuturarum media habetur, ipſum ſecans.

Sãguis ĩ cerebrũ fertur. Lenon. Torcular.

Per hanc quoque ſanguis in ipſum cerebrum venis frequentibus omnino per totam longitudinem, in vtranque illius partem, ſiniſtram & dexteriorem diſtributis deriuatur, omnibus exiguis, prçterquã duabus, vtrobique ſingulis, iuxta lãbdoidis ſuturæ latera excurrentibus: quæ in elatisſima cerebri parte coeũt, acceditque alter membranæ implexus vt aliorũ omnium ipſius partium, quæ cerebrum orbiculatim circumeunt, crasſitiæ quadrupla eſſe appareat. ad hæc tertia alia vena, prçter duas prædictas ad totius cerebri longitudinem in anteriora perreptat.

Craſſa membrana diſtat a cerebro.

His vaſis elabentibus contẽta membrana diſtat a cerebro plurimum: quanto interuallo, cõdiſces ſi in ſingulis tribus partibus, in quas totum cerebrum ſecatur,

paruo facto foramine, exiguæ cuiusdam tubæ initium, aurificum folliculi persimilis, per quem ipsi dum ignem accendunt aerem inflare solent, indideris, eoque parti diuisæ imposito, menyngem orbiculatim constrictam inflaueris, regionem ei subditam haud modico impleri aere cōspicies. Siquidem hęc menynx crassa caluariam succingit. quum cerebrum vero attollitur, & submittitur, accedit, & ab eo recedit, pro inanis loci, qui intermedius est, ratione.

Diastole et systole cerebri.

B. Mōdinus cerebrū īmobile pōit

Perforata est multis tenuibus foraminibus, iuxta ossa, quæ a colando ethmoide dicuntur, aut potius à spongiarum similitudine, spōgoeide, tum vt aer prompte respiratiōis gratia, & vapor odorum dignotionis, ad cerebrum mittatur: tum vt excrementa euacuentur.

Foramina menyngis crassæ.

Iā huic menyngi specillo immisso eaque per medium super illud diuisa, aut in totum ablata, altera in conspectum venit, penitus cerebro coniuncta, vt proprium eius dicatur & sit operculum: quā si tenuem, aut molliem, aut membraneā nuncupes, nihil speculationem anatomicam vel iuuabis, vel offendes.

Mēbrana mollis.

B. Pia mater.

Similis ea est secundis & mesenterio.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

Hæc enim vtraque constant multis arterijs & venis inuicem propinquis, & membrana subtili, quæ media earum spacia intertexit. Illa, menynx puta, similiter omnes cerebri & venas & arterias colligat, ne vacillent, inuoluantur, & per motus sedẽ mutent, infirmæ innitentes basi, vt quæ tam humido, molli, & propemodum fluido corpori insideant. Idcirco enim neque cerebrum solum continet, sed etiam per altam ipsius regionem mergitur, & quocunque permeat, totumque ipsum implicat, vasis vndequaque ad ventriculi vsque spaciosam laxitatem exporrecta, vnde & choroeides dicitur.

Vsus.

Choroeides menynx.

Vbi ea fueris intuitus quæ cerebrum ambiunt, opportunum erit cerebrum ipsum consecare, si voles, auulsis vel abrasis venarum exortubus membranas intercurrentibus, quæ ramos vtrobique in cerebrũ dispergũt. priusq̃nã vero scalpello cerebrũ aggrediaris, diuisio ipsius, & substãtię ratio exponẽda venit: postremo ꝑticulę vel ĩnatę, vel adnatę explicabũtur.

Administratio.

Primum diuiditur structura bifariam, nempe in anterius cerebrum & posterius. Anterius autẽ, vt & antea admonuimus, in dextrum & sinistrum a dura me-

Anterius cerebrũ ĩ dextrũ & sinistrũ diuiditur.

nynge secatur, vt tres cerebri partes numerentur. Verum illud, amplius quoque est, quod a lambdoide sutura ad frõtem exporrigitur vsque. Posterius quod alteri subiacet, vnde parẽcephalida Gręci nominãt, Latini a puitate cerebellũ: occipitiũ dũtaxat occupat, proprijs ĩuolutũ mẽbranis. *Cerebellum.*

Segregatur autem anterius a posteriore dura menynge, committitur autem rursus meatus communis, de quo mox audies, corporumque meatum continentiũ interuentu. Iam substantia hæc ab illa discrepat nõnihil, quòd nimirum anterius cerebrum mollius sit, ex quo etiam nerui molliores deriuantur, sensum præcipue particulis distribuentes. Cerebellum durius, inde duri partiũ motores nerui potissimum proficiscuntur.

Administratio.

His notatis ea quæ in cerebro sunt, eique adhærescunt examinari debent. auferes itaque magnam cerebri portionem scalpello, dum ad regionẽ calli naturam quodãmodo referentem peruenias: post quam ventriculi in vtraque parte singuli occurrunt, per totum cerebrum dispersi. *Regio calli representans.* *Vẽtriculi cerebri.*

In his cernes plexus secundarũ modo efformatos, vnde Græcis choroeideis dicuntur, nomine videlicet a membranis *Plexus secũdinis*

deducto, quæ fœtum extrinsecus in orbē ambiunt, venarum existentes conuolutiones & arteriarum, quæ tenuibus continentur membranis. Sic nāque & cerebrū ex venis arterijsque implexum est, tenui illigatis membranæ, quæ similem, vt docui, substantiam obtinet cum ijs ipsis, quæ in secundis habentur.

Porro ventriculos leuiter tuis distendēs digitis, ne plexum perrumpas, intueberis venas quidem ex sublimi regione ad vocatum torcular descendentes in ramorum seriem diffundi: arterias autem a subiecta parte humili emergentes similiter & has in ramos propagari, reteque hoc choriforme simul constituere.

Septū inter uētriculos. Inter hos ventriculos septum quoddā existit eiusdem cum cerebro substantiæ, verum adeo tenue, vt cum in clara luce consectionem administres, quemadmodum certe etiam conuenit, splendor ipsius reluceat similiter lapidibus specularibus, quos minutim secantes ostiis imponunt. Quare hęc pars admodum eleuanda non est, ne diuellatur: quanquam manifesto ipsam videre nisi eleuatam non licet. Siquidem priusquam in totum extendatur, laxa est, & rugosa, neque relucere,

neque

neque continuitatem ſuam poteſt oſtendere. Surſum autem attracta eatenus, vt tota ſit tenſa, non tamen iam diuulſa, clariſsime apparebit.

Hi ventriculi anteriores inſpirationem, ſpirationẽque, & efflationem in cerebro moliuntur, ac ſpiritum animalem his plexibus antea elaboratum cerebello præparant. Iam naribus odorandi ſenſum tranſmittunt, & portionem alimenti non perfecte elaborati, recrementum proprie appellant, recipiunt, ac duobus canalibus vtrinque ſingulis ad nares porrectis, portionem egerunt, reliquum autem per choanam & os baſilare ad palatum dimittunt. id niſi fieret, frequenter animal apoplexiis tẽtaretur. Iiſdem foraminibus aer ambiens ſpiritus animalis fouendi gratia attrahitur. Hæc in oſsibus ſpongioſis nuper explicatis, cerebro exempto videbuntur apertius.

Anteriores uẽtriculi canales ĩ nares mittunt.

Duo hi anteriores cerebri ſinus in vnũ coeunt, quem ſiue meatum communẽ, ſiue ventriculum tertium nomines, parũ intereſt. procedens is poſterius in meatũ propria velatum tunica, finit, quo anterius cerebrum committi cerebello diximus. idque hac de cauſa, vt ſpiritus iam

Duo uentriculi in unum coeunt.

Meatus tertij uẽtriculi.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

in prioribus ventriculis elaboratus huc transferatur, memoriæ efficiendæ gratia. Nam vt prior pars cerebri cogitationi, media ratiocinationi, ita hæc posterior memoriæ dicata a multis dicitur.

Cæterum pro meatus huius dignitate & vsu, multæ ei particulæ incumbunt, circumiacent, claudendo aperiendoque seruiunt[a]. Imcumbit pars ea cerebri quæ cerebellum contegit, in modum fornicis, seu ædificij testudinarij modo facta, extrinsecus gibba, intus caua, vt liberum habeat motui ipsius spacium: Græci nominant psalloeides.

Fornix.

Item incumbit huic iuxta ortum ex cerebro, corpus quoddam, ab Anatomicis Græcis conarium, quòd pini nucem referat, appellatum, substantia glandulosum: ob quod etiam cæteris glandibus vsum similem, nempe firmamentum vasorum exhibet. quæ ibi ex menyngibus in cerebrum propagantur, hunc locum proprie torcular appellant. Conarium autem huius meatus claudendi & aperiendi officiũ minime habet.

Psalloeides. *Conariũ* *Torcular.*

Ex vtraque meatus parte corpora rotũda circumiacent, conarium excipientia, eãdemque cum ipso substantiam sortiũ-

tur, nomen á figura illis imponunt quidã glutia, hoc eſt, nates exiguas, aliqui gemellos: quoniam & teſtes ſic appellant. inter has itaque nates meatus ille cõſiſtit, ex medio ventriculo in poſteriorem pertinens.

Glutia. *Nates.* *Gemelli.*

Porro vt huius meatus ductum euidẽter contuearis, tenue ſpecillum curuumque per anteriores vẽtriculos demittito, leuiter ad cerebellum propellens.

Meatus adminiſtratio.

Cæterum particula quædam cerebri meatui ſuperiacet, quæ circumſcriptionẽ obtinet, figura vermi in lignis naſcenti ſimilem hanc etiam Anatomici inuenerũt, excreſcẽtiam vermicularem corpus hoc, quod totum meatum contegit, nominantes. Craſſa eſt & implicata vermis modo, cum meatum ſpiritu iam tranſmiſſo ad cerebellum, claudit, gracilis & explicata, cum illum, vt ſpiritus ingrediatur aperit.

Vermicularis excreſcẽtia

Hoc inuẽto vermiculari proceſſu cum duobus ſuis extremis, altero in priore parte, altero in poſteriore: paulatim auferes permulta ex corporibus, quæ incumbunt, vt ſola relinquantur ea, quæ iuxta meatum duplex habent vtrinque extremum, dictis vermibus figura ſimile.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

Tẽdines uermicu larẽ pro= cessũ illigantes. Porro spectabis in hoc etiam corpora tenuia, ac fibrosa, quæ excrescentiam vermicularem ad particulas natibus cerebri vtrinque adiacentes illigant, ne errabunda vagetur. tendines ipsas nonnulli Anatomicorum nominant.

Cerebellum. Cerebellum, de quo iã supra diximus, cerebro a tergo adiacet, aliquatenus eo occultatum, duplici quoque membrana vestium, dura & mollit substantia duriore quâm cerebrum, non ex anfractibus flexuosis & magnis, tenui menynge inuolutis, sed multis quidem iisque admodũ paruis, & æqualibus, non tamen simili illis modo constat.

Vẽtriculus cerebelli. Sinum habet vnum: in quem spiritus ex anterioribus peruenit: finis eius prope spinalis medullæ initiũ situs est, ob quod & durius existit.

Leuato iam cerebro processus eius contemplator, hoc est, neruos partim molles partim duros. Nullus autem mollis ex posteriore cerebro, sed durus aliquis vt motorij ex anteriore prouenit.

Processus cerebri ad nares. Duo itaque processus cerebri ad nares odoratus gratia protendunt, non extra caluariam elabentes, eoque neruorum coniugijs annumerari non solent, quæ

Septem neruorũ pares.

plurimum ſeptem exiſtunt.

Primi duo nerui ad oculos pertinent, videndi facultatem ipſis transferentes: vnde a Græcis optici dicuntur, ex anterioribus ventriculis procedentes, caui ob id facti, vt ſpiritum recipiant maximi & mollisſimi, quod alij quoque ſenſus, magnos & molles neruos habeant. Hi inuicem in in vnum coeunt, & rurſus antequam oculos ingrediantur, dirimuntur, vt altero clauſo oculo, totus ſpiritus per communem neruum ad alterum feratur. Sed nō vt quibuſdam viſum eſt ſe mutuo in trāſ ueſalati, aſcendunt. *Nerui uiſorij optici.*

Succedit ſecundum neruorum par, qui exiles & duri muſculos oculos ambientes mouent. *Secundū par ī oculorū muſculos.*

Tertium vbi anterior cerebri pars cum poſteriori iungitur, ex baſi ipſius incipit, eoque durius eſt valentiorem actionum gratia. Hoc par priuſquam caluariam egrediatur, in duplicem finditur ramum, alter tenuior, ſcilicet ſub cerebro exporrectus, cum ſecundo pari caluam elabitur, cuius propagines in oculi ſectione perſequar. Alter inſignior, caluam iam excedēs & ipſe diuaricatur. huius pars gracilior capreoli modo inuoluta temporali muſcu- *Tertiū par varie distribuitur,*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

lo demittitur. Altera ramusculum ad superioris maxillæ dentes dispergens, statim linguam adit, totam ipsius tunicam dilatata efficiens, gustus nimirum, ob quẽ natura par illud tertium præcipue condidit, subministrandi gratia. Propaginem sui non exiguam maxillæ inferiori distribuit, quæ per foramen ossis illius elabẽs, labris in ea parte sitis, & dentium radicibus sensus gratia communicatur.

Quartũ par. Quartum paulo his posterius situm est ad basim magis quàm priora incipiens: paruũ admodũ, & durius tertio. idẽ vnũ in caluaria cũ hoc foramẽ sortitur, & postea separatũ totam palati tunicam efficit.

Quintũ. Quintum nec dum durum in ipso per ossa transitu scinditur. altera pars meatui adiutorio, altera cæco foramini dicto ob flexuosam meatus obliquitatem ad temporalem musculum dispensatur.

Hoc foramẽ autem cæcum dictum est, quoniam funiculum aut setam illi inditã non possis ob flexuosum eius iter transmittere.

Sextum par. Sextum præter hæc ad basim cerebri enascitur, nondum exacte durum: sed tãto durius, quanto spinali medullæ propinquius. Hi nerui omnibus visceribus,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

& interaneis solius sensus gratia distribuuntur, qui neruos illos recurrentes, de quibus antea, producunt.

Septimum & postremum huic contiguum securitatis gratia regionem habet vbi & cerebrum desinit, & spinalis medulla incipit. Hi nerui aliquousque cum sexto pari procedentes, deinde rursus seiuncti pte sui aliqua, eaque minima, rectos laryngis musculos intertexunt. Maior aūt portio toti linguę inseritur, motus gratia. *Septimū*

Post horum inspectionem, totum iam cerebrum auferas licet, ac consideres canales duos cerebri ad palatum recrementa deriuantes: quorum alter quidem ex fundo medij in cerebro ventriculi prodiens decliuis ac deorsum procedit: alter vbi meatus ille communis cum cerebello committitur incipit, obliquus deorsum versus cerebrum pergens. *Canales duo ex cerebro ad palatū.*

Hos canales sequens in regionem incides basi subiectam, concauam, decliuem. quæ a figura Gręce ptyelos, nobis labrū, ab vsu choane, infundibulum dicitur, quod supra amplum, infra in angustum desinit, subditam ei glandulam quandam ingrediens, quæ & ipsa manifestam habet concauitatem, quam os quoddam *Ptyelos.* *Glādula*

ſpongiæ modo peruium excipit. Hoc igitur labrum ſuperflua ex ventriculis prioribus, nec non particulis ſuperiacentibus per canales iam memoratos recipit, hinc per palatum excernuntur.

Glande hac cum membranis in circuitu amputata, penitus ad baſim cerebri, hoc eſt, ad os ſubditum, palato contiguũ ſcalpello penetres, idque ad latera excindes, vt plexum, quem Anatomici reticularem appellant, ex arterijs in caput venientibus iactum contuearis: quando primũ ſuperata caluaria conduntur iuxta cerebri baſim. ibi enim non exiguam regionẽ natura veluti thalamum quendam reticulari huic plexui præparauit, qui a craſſiore membrana continetur: in quam regionem ab arterijs carotidibus appellatis haud parua quædam portio peruenit. Nam exiguæ illarum propagines, in collũ faciem, & exteriores capitis particulas diuertunt. Altera autem pars tota recta per thoracem & collũ ad caput effertur, deinde multifariam propagata, nõ ſimplex efficitur rete, ſed multa ſibi inuicẽ ſuperpoſita, eaque commiſſa, connataque omnia, ac rurſus ex tam multis arterijs, veluti ex radicibus ad caudicem coeuntibus,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

alterum arteriarum par enaſcens quantũ ab initio erat id quod a carotidibus venit in cerebrum effertur: tũ alias partes multis ipſius ramis implicans, tum illas quæ ventriculorum plexus efficiunt hoc reticulari tenuiores, quos choroeideis appellaui.

Quemadmodum igitur ſemini ſcircũuolutionem anfractumque ante teſticulos præparauit natura, lacti longitudinẽ vaſorum ad mammas tendentium, vt ea diutius in concoctionis morata inſtrumẽtis exactius elaborētur: ita prope cerebrũ etiam ex vitali ſpiritu animalem efficiens, veluti labyrinthum quendam efficiẽs varium plexum reticularem fabricata eſt, in quo mirabili texto elaboratus, deinde vẽtriculis tranſmittitur, vbi tandem ad plenum in animalem abſoluitur.

Cerebro adiacet poſterius medulla ſpinæ ex cerebro ducens originem, verum ſubſtãtia duriore, eoque neruos ſexaginta duos, per ſingularum vertebrarum & oſſis ſacri foramina, ſingulos emittit, qui motibus particularum præſunt, & tactus ſenſui omnibus communi. *Medulla ſpinæ.*

Iam mihi vniuerſas capitis parteis videor interpretatus, ſi viſorij inſtrumenti,

oculi fabricationem mirificam addidero. Primum igitur ſitum & parteis cum vſu enumerabo, deinde adminiſtrationem, ex qua etiam illæ magis innoteſcent.

Oculi. Siti ſunt in capite, loco edito, tanquam in ſpecula, vt hinc actionem ſuam melius queant obire. ne autem extrinſecus noxā accipiant, palpebris, cilijs, & oſſibus ambientibus muniuntur.

Muſculi oculi. Partibus conſtant, muſculis ſex ipſos mouētibus, vno ſurſum, altero deorſum, duobus in latera, & totidem circumagentibus, præter eum qui neruum viſorium ambit, qui an vnus, an plures cenſendus ſit, parum refert.

Tunica. Adnata. Coniūctiua. Tunicis, prima, quam adnatam appellant, eo quòd alijs quæ oculum ipſum cō ſtituunt tunicis extinſecus adnaſcatur, ligamentum & ipſa exiſtens toti oculo ad oſſa circumiacentia, ex pericranio ducēs originem.

Cornea. Schlirotis. Altera huic proxima, a cornu figura dicta ceraeides, tenui, dura, & denſa ſplendidaque, a dura cerebri membrana profecta, aduerſus iniuriam cryſtallini humoris operimentum.

Tertia a folliculo vuę dicta rhagoeides varijs interſtincta coloribus, nigro, cæ-

ruleo & viridi, quibus ſe iam defatigatus recreet, media parte qua pupilla eſt, modico foramine concaua, originem ex tenui manynge ducit, vnde etiam choroeides dicitur. *Rhagoides. Vuea.*

Quarta a retis ſimilitudine, amphibliſtroides appellatur, ex nerui viſorij ſubſtantia, ſoluta, dilatataque araneæ telæ modo naſcitur. quam ſi totam exemptam coacerues colligeſque, cerebrum tibi apparebit: tunica enim nullo modo eſt, neque colore, neque ſubſtantia, quæ alterationis cryſtallini humoris percipit, & totũ humorem reddit ſenſibilem. Præterea vitreo humori nutrimentum ſuggerit: vtpote plena arterijs & venis pluribus maioribuſque, quam moles ipſius requirebat. Verum cum neruis omnibus qui a cerebro ſunt, portio quædam menyngis choroidis procedit, arteriam venamque deferens, quæ corpus illud reticulare cõtinet, ac ſuperius deſcriptã tunicã cõſtituit. *Quarta tunica.*

Humoribus tribus: Tenui quem ab aquę ſimilitudine hydatoeide nominant. (hic pupillam retinet, ne in cryſtallinum collabatur.) Altero molli, liquido, cuiuſmodi eſt vitrum mediocriter ſolutum. Tertio duro, qualis eſt glacies modice *Humores. Oculi. Humor. B. Aqueus. Hydatoeides. Cryſtalloeides.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

B. Albugineus. Hyaloeides. B. Vitreus. Administratio.

concreta. nominatur mollior hyaloides, durior cryſtalloides. Hic primarium viſus inſtrumentum ab illo nutritur.

Adminiſtrationem hoc pacto aggredieris. Cuius ſupercilliorum ad cilia vſque auffertur: quæ pericranio obducta deorſum vergit. Inter cutem, & hanc membranam muſculi duo habentur, ſuperiores palpebras mouentes: hic a maiore angulo ille a minore. Vbi autem pericranios ad locum cui pili ſuperiores palpebræ infiguntur, Græci tarſum appellant, peruenerit, reduplicata intrinſecus ſurſum ad tunicæ, quam adnatam vocaui, generationem fertur.

Musculi palpebras mouentes.

Hæc prope intuitus, oculum relinquito, ad os ipſum ambiens profectus. id ſuperiori parte figura triangula excidendũ eſt, quo ablato, neruum in adipe ferri cõſpicies, qui a tertio pari proficiſcitur, cuius rami alij ad cutem frõtis muſculoſam excurrunt: alii poſt magni anguli carunculam in nares perueniunt, eas oblinentes: alij ad genam ſuperiorem, & alas narium & ſuperius labrum: alij ad temporalem muſculum propagantur.

In hac adipe etiam ſecũdi paris neruos oculi muſculis diſtribui cernes, ſi ſcalpel-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

lo, & hamulo diligentia adhibita eos liberes.

Quibus adminiſtratis, neruum viſoriũ cum muſculo ipſum ambiente præſcindito, oculumque caluaria eximito, tunicę adnatæ reliquijs abraſis: deinde oculi baſim miniſtro ſiniſtra, & neruum viſoriũ dextra tenendum dato: ac ipſe ſex muſculos ſeparato: quod facile aſſequeris, modo capita eorum liberes, quibus neruo viſorio, qua in oculum inſeritur incumbũt, ac deinde leuiter ſecãdo ad oculi iridem eos perſequaris: in quam recte delati neruoſis ſuis exilitatibus finiunt.

Adminiſtratio.

Muſculis his deraſis, oculus vndique orbicularis apparet, ceratoide veſtitus tunica, quæ iuxta iridem parte qua neruus viſorius oculo innaſcitur, recta linea in longum ſecanda eſt acutiore ſcalpello, vnoque iniectu. Poſt ſectionem humores effluentes ſiniſtra vola excipiuntur, ac ea modice inclinata, tenuis emanat, quo excreto cryſtallinus vt vitreo innatet medius apparet.

Oculus orbicularis.

Situs humorum.

Humores autem in hunc modum vola comprehendens, tunicam conſiderato colore nigram, tenuemque vitreo humori incumbentem, ac cryſtalloidis iridi an-

nexam, quam superius choroidis menyn gis portionem appellaui.

Propria crystallini tunica. Deinde ex vitreo humore crystallino auulso, illum tuis manibus fortiter comprime, & digitis propriã eius tunicam durã, sed lucidam & albam atque veluti cepis cortex est subtilem, adhærere contueberis, quæ illi humori ea parte qua extra vitreum spectat, obtenditur: nam ea pars quæ vitreo humori inuehitur, omnino tunicæ expers est.

Administratio. Abiectis iam humoribus, tunicas ex quibus exciderunt, super sinistrum pollicem inuerte, ac statim reticularis visui se offert mox rhagoides, in qua pupillæ foramen cõtemplator. ea est ceratoidi tunicę in iride orbiculatim firmiter annexa. Quare si ceratoidem solam videre cupias, vnguibus hanc ab illa diuellito, ac videbis vtriusque per se substantiæ naturam, & ex vna in alteram tenuium venarum propagines.

Nasus. Oculos nasus interiacet, odoratus instrumentũ: siquidẽ eo restricto per os inspirãtes nullum odorem percipimus: adaperto autẽ statim de odore iudicamus.

Exteriores ipsius parteis pinnulæ seu alæ nominantur, quas tenellę cartilagines

& musculi exigui constituunt, ex malis ad narium alas oblique producti. Internis duplex est meatus, oblongus & cauus, ex cerebri anterioribus procedens ventriculis: in eam vero caluariæ partem finiens, qua nasus incipit. vbi & ossa a colatu aut cribro ethmoide dicta, habentur, & crassa membrana cerebri, qua ossa hæc contingit, tenuibus foraminibus peruia est. Per hanc etenim primam crassiora cerebri recrementa percolant: mox in ossa ethmoide incidunt: deinde naribus. At in horum transitu pars recrementorum, crassior & viscosa, foramine ex illis in os patente screatu expellitur.

Musculi.

Meatus.

Crassa mẽbrana foraminibus peruia ẽ nasum.

Intus quod narium foramina intercipit, septum dicitur, cartilagineum. Cæterum tunica exãguis, membrana crassior, tum ipsos nasi meatus rectos, ad ossa ethmoide vsque procurrentes sublinit: tum alios obliquos, quos in os finire dixi. Est autem continua tunica hæc, ei quæ os, linguam, præterea pharyngem, laryngẽ, asperam arteriam, & stomachum integit, licet ex diuersis neruis consletur.

Septum narium.

Tunica.

A naribus ad aures venio, quæ in temporum extremis sitæ sunt: substantia cartilaginosæ, vt omnes particulæ nudæ &

Aures.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

prominentes, externis iniurijs expositæ. Aures autem prominent, vt cerebro prope ipsas sito operimentum sint ne offendatur, extrinsecus gibbæ, intus cauæ: partim ne quid in meatum incidat, partim ne ipsæ prompte afficiantur multis sinubus anfractuosæ, eiusdem vsus gratia.

Sub hoc foramine particula pinguis ab aure suspensa, fibra seu auricula dicitur: superior, pinna.

Fortaminis autem naturam si os serra ad foramen vsque dissecueris disces, sed ægre quomodo quintum neruorum par in membranulam præcipuum auditus instrumentum desinit, contueberis.

Hic studio colli & spinæ musculos prætereo, eos in alium locum reseruans, quoniam breui tractatione complecti nequeunt. Atque nunc tertium librum finire tempestiuum est.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

INSTITVTIONVM ANATOMICARVM SECVNDVM GALENI ſententiam ad candidatos Medicinæ Liber quartus, Ioanne Guinterio Andernaco auctore.



I Galeni, cuius doctrinã in hiſce Inſtitutionibus ex profeſſo imitor, ordinem quoque in omnibus ſequi, per ſcholæ noſtræ conſuetudinem licuiſſet, primum tradidiſſem vtique, quomodo artuum compages inuicem diligentur, qui nam muſculi eos moueant, qui nerui, quæ arteriæ & venæ quamque particulam intercurrant: quæ anatomes pars, vt extreme hactenus neglecta eſt, ita ſumme neceſſaria.

Siquidem videmus quotidie medicos, qui quidem ſciant, quot & qualibus cor membranis obueletur, quot linguæ muſculi ſint, vbi plexus ille reticularis exiſtat, aliaque his conſimilia: ignorent autem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

exteriorum ſtructuram, in præſagijs & affectuum has partes infeſtantium curatione, quæ manu perficitur, vehementer aberrare: qui hanc calleant, illam ignorent, nunquam non recte munus ſuum obire.

Quòd necessaria artuum anatome.

Fingamus alicui muſculum ex trãſuerſo diſſectum, eoque functionem ipſius abolitam. Quod ſi prædixeris nullum reprehenſioni locum querulis iſtis hominibus relinques, qui illius abolitionem medicorum curationi, non vulneri prius impacto ferunt acceptam. Item vbi vulnus dilatare oportet, adeo anguſtum, vt medicamentum eo peruenire nequeat, aut neruus per tranſuerſum diſſecandus eſt. hic munus muſculi & propriũ & impropriũ, fibrarumque ductus noſci debet.

Muſculus ex trãſuerſo diſſectus quid noxæ adferat.

Alium ponamus brachialis ſyderatione laborare, eoque os excindi oportere. in quo morbo niſi medicus cognitũ perſpectumque habeat, vbi tẽdo ille, qui palmã ſubit primũ incipit dilateſcere, ſenſus expertem eam reddet. Idem tẽdo ſi computruit vcaabis culpa, ſi abolitionem ſenſus neceſſario ſecuturam prædixeris. Pari modo ſi etiam a quodam extrinſecus incidẽte ſubito totus fuerit diſſectus, neque tũc quicquam medico obijci poterit, ſi quorum

ſum res finiet, præſagierit.

Iam ſenſus motuſque non ex ijſdē neruis in ſingulos digitos diſpenſantur, eoque ex illorum ignoratione interim ſenſus, interim motus, aliquando vterque perit, cum vel præſcindunt neruos medici, vel cum ex ſpinalis medullæ noxa digitorum ſenſu abolito his remedia, non illi, vbi origo mali eſt, adhibent. *Senſus & motus non ex ijſdē neruis.*

Adde, quæ in vaſis ſæpe committūtur. nam abſceſſus ſubſecantes, nunc ramos inſignes pertundunt, nunc arterias: vnde ſanguinis profluuium, quod ſupprimi nequeat, excitari ſolet. Quidam ſecantes venam, arteriam diuidunt, ignari quibus artuum venis arteria aliqua ſubſtrata ſit.

Proinde primū vobis medicinæ candidati oſsiū natura perdiſcēda eſt, mox muſculorū conſectio. Nam hæ duæ corporis parteis, reliquis omnibus veluti fundamēta ſubiecta ſunt. Deinde licebit quoduis diſcere, vel arterias, vel venas, vel neruos. poſtremo viſcerum natura, inteſtinorū, adipis, glandularum intelligenda venit. *Ordo diſſectiōis.*

Ego autem etſi communi ſcholarum conſuetudini abunde eſſe factum libris ſuperioribus exiſtimem, artuum quoque conſectionem adijciam, ne aliquid tā ne-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

cessarium operi huic desit. Primum musculos & tendines persequar: deinde ex venis, arterijs, & neruis summa perreptātibus, insigniores. Nam ossium structura alibi etiam succincte tractata est.

Dicamus itaque primum de manu, quę ab humeri articulo incipit, in digitorum extrema desinens. At quod a brachiali in digitos discretum est, summa, seu extrema manus appellatur. Cum sine appendice manum dicimus, totum membrum: cum summam manum, a brachiali terminum eius innuere volumus. Quod si tota manu prope humeri articulum resecta seorsim ipsam toto corpore remoto volueris incidere, nihilominus efficies. Licet tamen ob cubitum mouentes musculos illum relinqui malim, aut simul cum scapula auferri.

Adminitio. Primum sanè totam cubiti, atque digitorum cutem exteriorem auferes, ab ea solum, quę extremā intus manum cooperit, abstinens. Deinde quæ in articulo sunt, qua manus summa cubito iungitur brachiale vocant, studiose adimere oportet: membranam quæ subiectis ei musculis circūdatur, corpori affixam relinques: cutem vero solam per se acutiori scalpel-

lo a membrana ſecernes ac ſeparabis. Hoc
autem fiet linea recta per medium ducta
in exteriore parte, etiam per ſummã ma-
num eiuſque digitos: interiore, a brachia
li tantum incieiendum eſt.

Cute detracta muſculi in conſpectum *Munus*
veniũt, qui in extrema manu ſeptem nu- *extremæ*
merantur: totidem interior cubitus occu- *muſculi.*
pat, exterior nouem, brachium quatuor, 7
vt omnes ſint vigintiſeptem, varijs huius *Cubiti*
membri motibus ſubminiſtrantes. Inter *ĩteriores*
hos autem primum interiores cubiti, de- 7
inde exteriores, poſtremo ſummę manus *Exterio-*
adminiſtrando interpretabor. vbi hoc tã- *res.* 9
tum addidero, muſculos quibus minor *Brachij.*
credita eſt actio, in ſuperficie extare, inſi- 4
gniores altius delitefcere. Horum omniũ *Muſculi*
autem confectio a brachiali incipiẽda eſt. *ſupficia-*

Initium ſumamus ab eo, qui medius *rij mino*
interiorum apparet, inter radium & cu- *rẽ actio*
bitum, ſuperius ducens originem, vt cæ- *nẽ habẽt*
teri fere omnes interiores. is paulo ante *Cubiti*
brachialis nodum in tẽdinem latum exit: *muſculi*
qui internæ manui expanditur, ac omni- *primus.*
bus digitis, in lineam illam deſinens, qua
depelis manus pars ambienti eam cuti pi
loſæ committitur, hunc vſum præſtãs, vt
eam in corporum contactu minus verſa-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

tilem, exacteque sensilem & musculosam efficiat.

Quare hæc, vt faciei, plantæ, & ani cutis a musculosa, quæ subest, substantia separari nequit, eoque necessum erit, si reliquos exacte cogites distinguere, hunc cũ cute manus auferre: quo facto tam multi in conspectum veniunt, vt a quo auspiceris, vix intelligas.

Secũdus & tertius flectẽtes digitos.

Verum nos eo ordine omnes persequemur, quo vniuscuiusque & situs, & origo inculpate ostendatur, a duobus illis exorsi, qui digitos flectunt. Horum minor maiori per medium cubitum insidet, recta ad brachiale excurrens. Vbi in quatuor discretus tendines, angulos æquales efficiẽtes, secundo quatuor digitorum articulo, vt illum solum moueat, inseritur.

Maior huic subiectus, inter cubitum & radium delitescens, eodem modo ad brachiale fertur, ac in quinque tendines scinditur, sub quatuor illis cõmemoratis procurrentes, qui primo & tertio quatuor digitorum articulo adhærescunt, & quo id fiet commodius, circa secundum articulum superpositum illis tendinem perforatum transcendunt. Quintus autem tẽdo illi qui medij articulis dispensatur insidẽs

fortissima membrana ei alligatus, ad medium volæ vsque fertur: inde tãquam ex circulo ad pollicem pergit, huius secũdo & tertio articulo inseritur.

Huius musculi quatuor tendonibus in vola alij singuli stricti & longi adhærent, qui ad primi quatuor digitorum articuli flexionem auxiliantur.

His duobus musculis ĩ cubito, alij duo a lateribus adiacent, brachiale flectentes: quorum vnus ad pollicem, alter ad paruum digitum cartilaginosis brachialis ossibus, tendinibus dilatatis inseruntur. *Duo laterales.*

Hi ergo quinque musculi totã interiorem cubiti regionem occuparunt: quibus adeptis radij motores apparebunt, de quibus dicturi sumus postea. In præsentia cubiti musculos exteriores prius persequar. *Cubiti musculi.*

Primus itaque interiorũ, & exacte medius fertur, qui in brachiali scissus quatuor tendines, tribus quatuor digitorum articulis distribuit, solus hos extensurus. *Quatuor digitos extẽdens.*

Huic medio adiacẽt exiles musculi duo quorũ supior indicẽ & mediũ a pollice tẽdinibus suis abducit. Inferior aũt puo, & annulari eiusdẽ actiõis gratia tẽdines mittit. Tribus horũ digitorũ articulis, dextris ad dextra, sinistris ad sinistra extrinsecus. *Indicẽ & medium abducẽs. Musculus ãnularẽ, & paruum abducẽs.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

Pollicis lateralis 2

Superiori illi, cuius iam mētio facta eſt, duo rurſus alij incumbunt, pollicis gratia facti. Requirebat enim hic ſummam & extenſionem, & a reliquis digitis abdu-ctionem, adductionēque, quos tres motus natura duobus muſculis commiſit, quorum vnum radio ſuperſtratum interiora verſus tribus pollicis internodijs ad latus inſerit, quo is maximum ab indice abducat. Alter priori illi adeo cohæret, vt vnum, niſi aduertas, ventris ratione eſſe iudices. Hic ad brachiale tendens, maiore ſui parte in extrema pollicis regione tendine ſuo adnaſcitur: vt illum ſubuertens indici adducat. Altera parte brachiali inſinuatur, extenſionem eius & motum ad latera promouēs. Vterque vero muſculus tēſus rectam pollicis ſubuerſionē efficit.

Extēdentes brachiale. 2

Succedunt muſculi brachiale extendētes duo, vt interna parte flectentes vtrobique ſinguli, hic ad indicem, ille ad parui regionem, brachialis oſſibus concinne adaptatis inſeruntur. His extendentibus, & commemoratis flectentibus, manus extrema ad pronum ſupinumque ducitur, prout illi aut laxentur, aut tendātur.

Radij. 4

Omnibus quos percenſui muſculis exēptis, radij peculiares apparent, per quos

ſupina, pronaque tota manus efficitur. quatuor autem ſunt vniuerſi duo interiores lati, tendinibus carentes: quippe fieri non potuit, vt ex locis tam continuis tendines crearentur. orti enim in cubito, ad radium membranoſa quadam parte pertinent. Exteriores, qui ad ſupinum radiũ agunt, vt interiores ad pronum, regione hac, quæ hæc oſſa ſecundum longitudinem interiacet, occupata. Vnum internis ſatis ſimilem creauit, radioque adiunxit: alterum vero a cubiti tuberculo oblique per exteriora communi muſculorum forma, ad radij caput, quod brachiale ſpectat, inſeruit.

Duo ducentes ad pronum.

Duo ducentes ad ſupinum

Nũc ad extremæ manus muſculos deſcendendum eſt: quorum duo tertio pollicis articulo adiacent: quorum vnus abducentis ab alijs pollicem muſculi actionem excipit: alter actionem adducẽtis ad indicem. Præter hos duos alij quatuor palmæ oſſa interiacent, qui tendines tribus digitorum articulis, introrſum verſus diſtribuunt. Hi quatuor illos digitos ad pollicem agunt, qui motus cum paruum habeat robur, exiguis quoque, & non a longinquo latis muſculis indigebat. Septimus interiori parte ad volam, paruo digi

Extremæ manus .7.

Duo pollicis.

Quatuor reliquis digitis cões.

Peculiaris paruo digito.1.

to innititur, duplicem præbens vsum, tũ vt abducentis paruum digitum tendinis actionem accipiat: tum vt suo ventre volam exacte concauam reddat.

Brachij. 4 Restant ex totius manus musculis quatuor, in brachio siti, qui Græcorum literę X similitudine mutuo sibi incumbunt.

Duo interni flectentes. Duo interni sunt, quorum vnus gemina habet capita, ex superiori scapulę processu vnum, ab interiori alterum, quæ cũ in idem mutuo coierint, musculum hũc, alteri minori subdito elatius ad cubiti articulum vsque insidentem cõficiunt. Hic in validum tendinem desinens, radium pariter & articuli membranosum ligamẽtum comprehendit, quo totum etiam articulum attollit, paulatim ad interiora declinans.

Ablato hoc secundum illi subiectum cõperies, brachio & hunc ex duobus carnosis principijs circundatum: vno in brachij posteriori sede, altero in anteriori magis. Quę in vnum musculum mutuo coeunt, qui per tẽdinem cubiti ossi insertus, articuli nodum flectit, ad exteriora modice inclinans. Si vero ambo musculi tendãtur, in neutram partem inclinantem flexionem efficient.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

Internis alij duo externi respondent. Prior sub cute iuxta posterioris axillę musculi extremum, caput habet. Huius finis mēbranosus & tenuis in interiorem brachii nodum insertus, cubitum ad exteriora oblique tendit. *Duo externi extēdentes*

Alter duo habet principia, vnū ab humili costa scapularum ex ipsius ossis superiori parte, alterum vero ex postrema brachij regione subter caput. Hæc iam procedentia in brachio coeunt, & cubiti tuberculo implantata articulum paulatim ad interiora deprimunt. Porro si ambo musculi tendantur, rectam dimissionem pręstabūnt.

Hæc in præsentia de musculis sufficiāt. reliquum est, vt vasa manum totam perreptantia, præsertim quorum vsus est, in altera persequamur. quod vt fiat commodius, cauæ venæ distributio, secundo libro comprehensa, in memoriam reuocabitur. Ramum eius antequam in iugulares scinderetur per axillam excurrentem funiculo intercipi iussimus, quo sanguine intus manēte tumidior appareret. Cū vero iam scissa in iugulo esset, aliū ramū per humerū propagari diximus: de quo nunc prius, tanquam superiore, agemus. *Venarū ībrachio ortus.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

Vena humeraria Situs. Hæc igitur vena ab humero, vnde & humeraria dicitur, in externam brachij regionem decliuis procurrit, omnibus etiã ante consectionem conspicua, vt quæ in superficie tota inter cutem & musculos ei subiectos situm habeat.

Eius diuisio in tres ramos. Vbi iam cubiti articulum proprius accesserit, radij musculum oblongum conscendit, eoque in tres ramos fere æquales inibi scinditur: quorum vnus in altũ demergitur, alter ad articuli flexum protendit, tertius in exteriorem cubiti regionem declinat, ibique in numerosam sobolem diffunditur, in manum vsque procurrẽs.

Iecoraria. Basilica. Diuisio ĩ multos ramos. Duo ĩsigniores. B. Funis Brachij. B. Nigra B Mediana. Vena axillam perreptãs, vbi thoracem emerserit, primum musculis brachiũ thoraci adducentibus propagines communicat: deinde axillę glandulis. quæ cum humerali multo sit maior, etiã in ramos finditur duos paulo ante articuli commissuram. Primus ramus deorsum ad cubiti os obliquus fertur, vt spacium, quod inter brachij tuberculum intimum est, & cubiti sinum, perreptat. Alter ex eadem regione, qua prior ortus, elatior aliquatenus defertur. Prior autem superficialis oblique procedens, coit mox cum ea quæ ex humerali ducta est. Atque hæc commu-

nis appellatur.

Verum priusquam illam contingat, *Cõis vena*
duos ramos emittit:alterũ directe ad ma-
gnum digitum, alterum versus paruum *Alij duo*
per illud cubiti extremum quo in manũ *insignes.*
inseritur. Qui autem recto tramite ad ma *B.Capitalis.*
gnum digitũ pergit, ratio vehitur: & post
quam brachiale contigerint, ramorum se
riem aliam in posteriorem magni digiti
regionem porrigit, aliam in eam partem,
quæ inter hunc & indicem media est ali-
um in totum indicem retro & per latera. *B.Saluatella.*
Secundus ramus qui paruum digitũ adit,
dum obliquum cubiti tuberculum perre
ptat, propaginem quandam exilem ad po
steriora medij digiti transmittit: mox bifa *B.Seylẽ.*
riam scissus, altera parte m diam magni
digiti & annularis regionem ingreditur,
quam venam nonnulli in sinistra manu
secantes, sinentesque sanguinẽ ex ea flue-
re, quousque vltro sistatur, lienem ex tali
vacuatione iuuari asserunt.

Parum de venis in extrema manu soli-
citus sis, quũ inter viginti, vix duos ęqua-
li venarum distributione inuenias, & tres
rami præcipui, vt plurimum inter se ibidẽ
varie commiscentur.

Porro in ijs qui infra iugulum afficiun

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

Venarũ incidẽdarũ ratio. tur, ſiquidem ſanguinem detrahere oportet, principem locum præſidij ratione vena poſſidet, quæ interiorem cubiti flexũ accedit: ſecundum, quæ ad cubitũ ipſum defertur: tertium, communis: quartum, quæ de humeraria ad flexum cubiti pergit: poſtremum, humeraria. In ijs quos ſupra iugulum morbus infeſtat contra: humeraria, primum: quæ inde ad cubiti flexum porrigitur, ſecundum: tertium, communis: quartũ, quæ ab interiori parte flexum adit: quintum, quæ cubitum ipſum.

Opportune tamen feceris, ſi contrariã ſecare coactus, ipſam paulo ſuperius quã ſectio eſt, leniter digito comprimas, vt ex ſecanda ob affectum vena, in illam ſanguis euacuandus confluat.

De ſuperficiarijs itaque venis totius brachij aduſque digitos, præſertim quæ in vſum veniunt, omnia ſunt explicata. Eas quæ in alto latẽt, aliàs perſequemur. Nũc *Arteriæ ſubvẽis.* arterias exponemus, quæ ſumma perreptant: venis autem ſubſunt, quas ſecare cogimur.

Arteria manus. Vna tantum arteria in totam manum propagatur: ſub vno tantum axillaris ramo, qui in cubiti articulamẽto ortum habet, altiuſque ad interiora recedit, & ali-

quatenus ſub vena axillaria excurrit: quã dico arteriam in macillentis naturis, magniſque pulſibus præditis, tactu motum aliquatenus indicante, deprehendimus. Quare ſi ſanguinem detrahis, in ijs ſane qui totam manifeſto venam habent conſpicuam, quâmlongisſime ab arteria recedendum eſt. In quibus id ſolum quod arteriæ incumbit, eſt ſpectabile: reliquum vero totum conſpectum effugit, diligenter attendendum eſt. Regio arteriæ dum brachium per ſe aſtringis, in tumorem notandum attollitur, vnde fit vt circa huius gibbum, vena in altum eleuata inanior fiat qua parte circumtenditur, adeo vt ſcalpellus mediocriter iniectus, prout ſolet illidi demittique, illã quidem totã penetret, ſubiectã vero arteriã côuulneret.

Quare nunquam venam hanc loco inflato ſecabis, ſciens arteriam ſubiacentem tum latam, tum eſſe validam: ſed ad vicinarum aliquam recedes, maxime ex ijs quæ in cubiti os deferuntur. Cæterum arteria hęc flexum cubiti ingrediens biſariam ſcinditur, cum axillaria, & ipſa diuaricata in vniuerſos vſque ad digitorum initia muſculos ramorum ſerie diſpenſatur. Itaque elatiorem arteriam, quæ ad ra *Arteriæ diuiſio.*

dij os decurrit, prope brachialis commiſſuram tangimus, pulſum exploraturi.

Ortus arteriæ ĩter ĩdicẽ & magnũ. Iam arteria indicis, magnique digiti intermedia originem ab hac ſortita, motum ædit ſenſibilem: humilioris vero quę per os cubiti recta in paruum digitũ procurrit, motum manifeſto haud queas percipere, niſi homo fuerit extenuatus: maximum vero pulſum ędit. quippe natura in imo retinet arterias, nullam particulam ipſarum manifeſto in cutem emittens. Merito igitur nullã in extremis manibus a foris arteriam reperies: quia ne muſculus quidem vnus habetur. At interna regio, quũ multis eſt ſepta muſculis, ideo multas quoque arterias ſingulis ipſarum porrectas obtinet. Verum vniuerſas brachialis arterias interim vnà cum venis coniungi ſpectabis, lato tendine amputato. Etenim inter hunc, & eos qui digitos flectunt, ſitus ipſarum eſt pariter cum neruis tenuibus, quorum nunc mentionem faciam.

Arteriarũ ſitus.

Nerui ex ſpinali medulla in brachium. Nerui alij ex ſpinali medulla recte in brachium feruntur, alij per latera. Duo in exteriore brachio ſumma ſub cute extant, ab illis profecti, qui muſculos brachij intercurrunt.

Duo ĩ exteriorẽ brachio.

Prædictos

Prędictos duos tertius insequitur, prope secundum neruum fere brachium ingrediens, vnà cum grandibus vasis, quæ per axillam ad brachium perueniunt. est hic maximus eorum qui manus intercurrunt, hoc est, crassissimus. *Te tius omnium craßißimus.*

Detectis plurimis brachij partibus, alij duo in nerui interna ipsius regione apparent, in quam etiam prædicti tres paulo inferius quàm tertius neruus est, inserun tur: alter quidem summa sub cute, etiam citra confectionem musculorum, omniũ primus apparet. *Interni duo.*

Idem neruus ante cubiti articulamentum ramum ex se valde tenuem mittit, venæ adhærescentem, quæ in medij maxime cubiti superficie secundum longitu dinem extensa est, mox arteriæ quæ ad brachiale profecta euidentem pulsum re presentant. *In ramũ tenuem sciditur.*

Reliquus autem quintus, ex ijs qui de spinali medulla brachium adeunt, per internam eius regionem aliorum modo fer tur, sed nulli brachij particulæ siue super ficiariæ, siue penitiori aliquam sui portio nem committit. *Quĩtus ĩ ĩterna parte.*

Anterior cutis neruulos accipit, superiore quidem parte ex primo ortu secun-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

Cutis nerui duo ex spinali medulla. di nerui inter eos, qui de spinali medulla in brachium porriguntur: inferiore vero ante cubiti articulum ex alio quopiam spinali. Sed internam, posterioréque brachij cutem vniuersam adusque scapularum hic extrema alius quidam neruus interreptat, ex secundo intercostali progressus, qui & ipse in brachium, sicut & alij per axillam excurrit, vt duo nerui sint qui de spinali medulla profecti ramorũ sobole manuum cutem adeant: quatuor alij per profundiora in omnes totius membri musculos disseminantur, ac propagines qua secunda tenues cuti transmittunt.

Cubiti duo. Cæterum quomodo ad brachiale & digitos distribuantur nerui, ex superioribus petere oportet. Per cubitum siquidẽ magni duo nerui deferuntur, medio musculorum digitos flectrntium interuallo, huic imcumbentes, illi subiecti: ac mittũt sanè quosdam de se ramos vtrique ipsorum particulas. Vbi vero musculi hi in tendines cessauerint, sic iam & vtriusque nerui reliquum, tum in brachiale totum, tum in aduersam eius partem, metacarpium vocant, peruenit: inibi corporibus *Distributio.* & intimis digitorum partibus distribui-

tur, elatius quidem duobus magnis, & medio iuxta indicem dimidio: humilius medij reliquo, ſimul & medijs cæteris digitis. Itaque elatior inibi abſumitur: humilior ramum quendam de ſe aut exiguum in exremam manum iuxta brachialis initium tranſmittit. *Ramus in extremã manum,*

Cęterum hic neruus totam ſummę manus exterioris partem dimidiam amplexatur, ſub cute extrema ad ſummos percurrens digitos: paruos ſane tutos, medij vero dimidium. Nam reliquam ipſius partẽ dimidiam cum magno digito totus tertij digiti nerui terminus excipit.

At nerui omnes, ſicut & vaſa, non eandem perpetuo vel poſituram, vel numerum, vel gracilitatem retinent: ſicut in maioribus vaſis, & neruis, tota corporis mole neque numerus, vt dixi, neque ſitus, neque magnitudo, exacte neceſſario permanet.

Verum ad neruorum diſſectionem, brachium propemodum putridum conſeruandum ſuadeo, mirum enim eſt, quã facile neruos omnes, in molliuſcula illa carne contuentur. Nec putes propagines omnes neruorum & vęnarum hic poſſe complecti.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

Cruris descriptio Post manus administrationem ad crura veniendum est. Vt igitur exacte musculos cognoscas, neruos & vasa disseces, aliumque doceas: hic quoque cutis auferenda est, attendendũque diligẽter, ne in primo plantæ exortu iuxta calcis initium sito, vnà cum cuticula tendinem ei subiectum auellas: cuius, vt in manu ostensum est, explicati interuentu, cutis depilis simul & circumactu difficilis membro subtensa est.

Femoris musculi primum incidẽdi. Hanc igitur plantæ cutem, subiectis ibidem corporis obductam sinere, veluti in manu diximus, oportet: reliquam omnẽ membro toti adimere, id ipsum prius discentes indidem, femoris musculos omnium primum esse incidendos: mox qualescunque velis, siue tibiæ, siue coxæ.

Itaque popliti, genu & tibiæ animam accommodans, consectionem exordieris, toto membro cute simul & membranis ei subditis detecto. Dictum nanque mihi est prius minimo sic negotio, potissimũque musculum deprehendi, vtpote cuius circumscriptio pro fibrarum differentijs cognoscatur.

Musculi fœmoris nouem. Sunt in vniuersum femoris musculi nouem, quos vt ordine non inuerso ostẽ

das, nec opus totum confundas, a tendinibus ipsorum in genu aggredieris.

Omnium ergo primus tendo latus paulatim in carnem versus, summa sub cute apparebit, qui anteriore tibiæ ossi infra genu adhærescit, sursum eum attrahens. ibi siquidem ingreditur vbi tibia ipsa pręceps est, quæ pars ceu totius na supra infraque carne vacat nudaque est. *Tēdo primus sursum trahens.*

Superius musculi huius initium, quod caput ipsius nominant, ex media maxime ilium ossis spinæ carnoso corpore procedit: prolixum vero & ipsum deorsum ad animalis longitudinem porrigitur, in gracilibus vel ante consectionem cuilibet conspicuum. Hic itaque musculus e media potissimum dicta spina ortus per illum os ad internam femoris regionem defertur, in obliquum paulatim tendens, ad genu articulum descendit: mox hunc permeans, rursus obliquo ductu tibiæ ossi ea parte inijcitur, qua maxime vt diximus excarne nudumque est.

Post huius musculi tendinem, alius quidam examussim tendo in anterius tibiæ os inseritur, quem secutus, resecansque musculum ipsi incumbentem, ad particulam, vnde prodit ascendes. Habet *Tēdo in anterius tibiæ os.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

autem caput ſuum iuxta os, quod pubi ſubeſt, per ſumma femoris interius, atque indidem prior ipſius pars deorſum verſus in lõgum exporrecta, ſenſim teretem figuram repreſentat.

Atque hi duo commemorati muſculi in vtroque crure, ſeſe mutuo iuxta primos exortus contingunt, atque ambo iũcti vnius muſculi modo aduſque patellã apparent, in quam per valentiſſimum latumque tendinem inſeruntur, ad hæc totam ipſius priorem partem comprehendunt. Iam actionem ſuam ex ipſa regione vnde producunt, & femore per interiora ducto, non ex loco prope quem tibiam ingrediuntur, docere te valent: imo tutemet manibus propriis motum, quo tibia circunfertur, poteris inuenire, quippe dũ ad exortus muſculorum ſedem attrahis, tibia elatius ſimul & interius attollitur.

Tertius obliquus muſculus. Tertius a duobus primis tendo latus inſeritur, psædicto iuxta anterius tibię os contiguus: idque magis ab internis ipſius partibus, paulatim vero magna ex parte deorſum verſus ad obliqui muſculi ſitũ vergit. Nam ex coxa extrinſecus emergẽs, iuxta poſteriorem femoris partem oblique deorſum per poplitem deſcendit ad

internam tibię genuque regionem. Nullus femoris musculus alius obliquiorem hoc situm habet : siquidem ab externa coxæ parte incipiens , internæ tibiæ se inserit . necesse enim est tibiam hac tracta ansa retrorsum sursumque ferri, & hac in orbem conuolui, cuius ratione compositus, non simplex hic motus efficitur.

Quartus ex ijs qui in tibiam deferuntur, qui non interna ipsius, verum externa solus tribus opponitur, quantum ad loci rationem attinet, cui inseritur extremum ipsius in carnem degenerans, simul & latitudine manifesta conspicuum, tibię extrinsecus, vt dictum, connectitur. Caput musculi extra coxæ os situm est, vbi etiam is dilatescens adhuc magis sursum protenditur, & prædicto capiti subiectus: Functio eius est, vt totam tibiam simplici motu in externam partem agat. *Quartus.*

Quintus non in anterius tibiæ os, vt tres priores musculi, verum ad inferius femoris caput, & tibiæ principium interna parte peruenit, ex pubis ossium commissura ortus, tibiam ad latus intro ducit. *Quintus.*

At omnium musculorum, qui genu ar

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

Tẽdẽtes ualẽtissimi musculi. ticulum mouent, validissimam ij functionem obire creduntur, quibus extẽsio debetur: quippe nisi hos firmiter extenderis, nullo pacto queas pedibus consistere. Sin autem alios omnes perijsse finxeris, soli hi ad tensionis stabilitatem sufficient. Fit autem vbi crus ceu quiddam sublime a terra eleuare conemur, innixique firmiter altero, totam corporis molem sustinemus. Quamobrem natura neque magnis neque multis musculis ipsam commisit.

Sextus septimus. Continuus itaque commemoratis interioribus est alius, qui genu flectit, tibiamque ad interiora adducit. alius exterioribus adiacet, qui extra abducit simul flectendo, velut eam inuoluens.

Octauus. Octauus omnium medius in femoris caput internum inseritur, flectit quidem totum ipsum femur, totam autem tibiam reuellit cui insinuatur.

Nonus. Reliquus inter nouem musculos genu articulamentum mouentes, arctus longusque ex ilium osse procedit, sursum retrahens, extendensque tibiam, ac in eam figuram constituens, qua subigentes aliquid, pedem sursum ad alterius cruris inguen attollentes. præter hos omnes paruus restat in poplite, qui genu flectit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

Iam opportunum eſt ad fœmoris muſculos digredi, qui numero decem eſſe cenſentur. *Muſculi fœmoris decem.*

Primus ex tota osſium ilij ſuperiori extremitate enatus totum coxendicis articulum tegit, qui proportionaliter ſe habet muſculo ſecundum epomidem ſito. Hic indeclinabilem extenſionem & fortem efficit, duplicibus finibus retrahēs fœmur. Quorum ſi vnnm tenderit ſolum, non adhuc indeclinabilem, ſed ad lateralia facit extenſionem.

Secundus ſub hoc enatus illo minor exiſtit, & maiori fœmoris proceſſu (trochantera vocāt) inſeritur, altisſimam eius partem occupans, parum etiam ab interiori aſſumens, is extendit & intro trahit fœmoris caput.

Tertius his duobus ſubſtratus, ab externis & inferioribus partibus osſis ilium explantationem habet, & implantatur primis internis partibus magni trochanteris: conſequenter autem & his qui antrorſum circumnaſcuntur.

Quartus enaſcitur ab amplo oſſe & in poſterioribus partibus omnibus vſque ad ſummitatem implantatur magno trochanterio. Vterque modice quidem fœ-

mur extendit, circũuertit autem hic quidem foras, alter autem intro fœmur paulo magis tendit, quâm extendit. multo tamen minus quâm quibus hoc munus cõ creditum eſt. Prædictos nunc quatuor facillime reperies, ſi ab oſſe ilium eos liberaueris, ac vſque ad articulum deduxeris.

Quintus omnium huius regionis maximus a poſterioribus osſis ilium partibus enatus per totam longitudinem poſteriori fœmoris parti ad genu vſque implantatur. Huius muſculi poſteriores fibræ quæ a coxendice prodeunt, crus firmum ſtabiliunt, extendentes articulationem. Altiores vero eius fibræ intro vellunt fœmur: ſicut qui ſunt omnium altisſimi, adducũt antrorſum, & trahunt ſurſum.

Sextus rectus eſt, ex duabus explantationibus vno tendine implantatus & in ſummitatem parui trochanteris. Huic ſeptimus reſpõdet inſertione humiliori in ipſum quoque trochanterẽ implantatus.

Octauus veluti maximi pars ex pubis osſibus explantationem faciens, fœmori obliquius circuntenditur.

Hi tres pro explantationum ratione fœmur flectendo magis vltro vellunt, quibus auxiliatur, qui articulationem, quæ

eſt in genu, extendit per nerueam tenuitatem, quæ aſcendit patellam. Sed iſte ſecundario flectit fœmur.

Reſtant alij duo conuertentium & circunuertentium fœmur, vnus quidem ex internis, alter ab externis partibus oſſis pubis explantationem habentes, circumuoluti autem ambo circa coxendicis articulum in idem ſibi inuicem accedunt, im plantati vni concauitati per tendones robuſtos, in poſterioribus partibus coxæ locati ſecundum ipſam primam maximæ explantationem magni trochanteris.

Hos omnes eo quo deſcripti ſunt c ne adminiſtrare conuenit, ipſorum capita penitus liberando, quoniam alter alteri ſuperſtratus eſt.

His examinatis ad tibiæ totius muſculos diuertẽdum eſt, quos etiam ante omnes licet incidere, ſi eos abſtuleris qui ex femore in tibiam deſcendunt. His itaque ademptis, eos qui in ſura ſunt muſculos conſiderato. *Tibiæ muſculi*

Primi retro in ſura tres aut quatuor, tum ad calcem, tum ad inferiora pedis deferuntur. Apparent autem duo muſcu lorum capita, ex poſteriore femoris regione iuxta nodum exorta, quæ cum po- *Suræ tres.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

plitem transierunt in sura coeuntes, vnũ musculum efficiunt. indidem vero ab externo capite pars non exigua propagatur quæ per se sola musculus euadit, in tendinem latum sensim desinens, qui pedi subnascitur, vt in manu superius dictum est. Musculus autem qui in sura ex duobus capitibus generatus est, vt nuper dixi, tendinem producit, illam ad se ipsum, qui posterioribus calcis extremis inseritur, trahere. digitos & pedem flectentes tres, idoneus.

Hinc tendini continuum, alterius magni musculi ex tibia orti, colore magna ex parte liuidi, processum altiorem deprehendes: caput ipsius qua posterius tibiæ os, plurimum eminet, habetur. nec ita cito in tendinem desinit.

Digitos & pedẽ flectẽtes

Sub his alij tres adhærescunt, digitos pedemque totum flectentes: qui non exacte in postremis partibus, sed potius ex lateribus tibiæ intus exorti, ad infernum pedem omnes porriguntur.

At vbi tendines primum generantur, ibi ligamentum ipsius iniectum est, ex tibia ad calcem pertinens: quo recta linea diuiso, quemadmodum in manu, si tendines deinde sequaris, digitis ipsis insi-

nuari comperies: non tamen vt in manu alterum medium articulum, alterum primum & tertium, ſed ambo primum, * ſecundum, tertiumque mouent, ſi magnũ videlicet digitum excipias. Nam ad ſecundum ac tertium tendo, qui ipſum mouet porrigitur, ſicut in manu ſe habet.

Tẽdines ĩ pedem riat a manus tendinibus.

*

Cæterum capita duorum quæ retuli propagines inuicem committunt, non eodem ſemper modo. ſæpe enim alter ipſorum muſculus quaſi indicem & paruũ digitum mouet, alter medium & ei proximum: vtrique eadem vniti propagine, magnum interim aliter miſcentur.

Horum tendinum capita inter calcem & tibiam ſita, vt prius dictum eſt, hoc ſolo variant diſcrimine: quòd alterum ipſorum inferiori malleoli extremo inſideat, qua calcem proprio quodam ligamento rurſus præter commune a foris accedit.

Tertius tendo ipſius tibiæ fini adhæreſcit, eique innixus ligamento iterum peculiari contegitur: qui & ipſe pedem vniuerſum, ſicut qui calcem ingrediuntur, retrorſum inflectit. verum ipſius extremum in primum palmæ os interius conijcitur.

Interioribus tibiæ ſingulatim reciſis, di

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

Exteriores tibiæ musculi. uertendum rursus est ad exteriores tibiæ musculos, qui sanè, quantum ad superiores exortus attinet, tres existũt: sin autem tendines, motuumque differentiam spectes, cui imprimis attendẽdum est, plures. nam septem, vt interni, sex, numerantur.

Medius, ex superiori tibiæ capite oriẽs, iuxta tarsum quatuor tendines emittit, qui digitos extendunt, iis respondentes, qui manum extrinsecus pereptant.

Alter in latere, versus paruum digitum in duos tendines desinit: quorum hic pedi, vt eleuet, ille paruo digito, vt ab alijs abducat, inseritur.

Tertius in latere versus magnum digitum, similiter in duos tendines finit: quorum alter pedi vbi maior digitus incipit, vt eleuet, insertus est: alter magno digito, vt ab alijs abducat: respondens ei qui in manu: tum brachiali, tum magno communis est.

Musculi in pedis extremo. In pede extremo musculi sunt, alij obliquo motu digitos intro agentes, sicut in manus palma, atque ij planitiem pedis efficiunt: alij secundum articulum flectunt, in reliqua pedis parte ad calcem vsque siti: alij superiore pedis regione hærentes, extra ducunt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

Et quinque intro ducentibus, oppoſiti ſunt duo ſcilicet is qui eſt iuxta paruum digitum extrinſecus, & is qui indici magnum adducit, & præter hos qui magnū extra circunducit, & quatuor parui tendinibus primum & ſecundum quatuor digitorum articulum flectentibus adnati, primum articulum flectentes.

Porro ligamenta pedis natura creauit plura, eademque vehementioribus muniis obeundis robuſtiora efficit, quàm quæ in manu ſunt: quæ oportet recta linea diuidere, vt tendines inuoluti veniāt in conſpectum.

Hactenus de muſculis: nunc ad venas digredior. Statim igitur ramus quidam in priorem internamque femoris regionem perfertur, multifariā ſumma ſub cute in ipſum diſtributus. Ab hoc aliç tenues modicis interuallis ſparſæ in cutem, tres quatuorue diſſeminantur. deinde alia notandæ magnitudinis, priori ſimilis, medio in femore iuxta muſculū anguſtū conſideratur: in quā ipſum quoque vena ïdidē maxima inſeritur. deinde aliç exiles duç ſurſum, & tres medijs ſpacijs digerūtur. Poſt has alia inſignis, tibiā interius ſubit, deinde ſequitur alia, duas in partes diuaricata,

Venæ.

Supficia ria vena

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

huic ſuccedunt aliæ plures. Hæc quidem in ſuperficie extant.

Vena in imo. In alto primum iuxta inguina anterioribus duobus muſculis propaginem emittit, quæ cum parua arteria ſpargitur: mox alia penitius grandis ſatis, maximo omnium muſculo, & ex anterioribus interno porrigitur, ac aliæ non paucæ.

Cæterum paulo altius quâm femur, cũ tibiæ articulo iungitur, in tres ramos diuiditur: quorum medius, qui & maximus eſt, per ipſum deorſum ad poplitem fertur. ex quo ſecto ſanguis ſolet detrahi: atque inde per ima ſuræ procedens, non modicam in muſculis eius ramorum ſobolem ſpargit.

Ramus ĩ poplite ſanguini mittẽdo idoneus. Alter ramus ſuperficiarius eſt, ad pedis pertingens articulum. Tertius interior ad cream tibiæ procedit, ac inde ad tali in tibia finem proficiſcitur Hic ad ſanguinem mittendum eſt accommodatisſimus. Huius & aliorum ſoboles venæ ad plantam pedis, digitis, & ſuperiori eius parti, quã tarſum appellant, communicatur.

Arteria nulla ſub uenis ſuperficiarijs. Nulla ſuperficialium venarum arteriã habet ſubiectam. id autem inde liquido conſtat, quòd carnoſis nuſquam in crure pulſus apparet, niſi in tarſo, directe ad ſecundum

cundum digitum poſt maximum.

Tangimus itaque arteriam inibi ſitam, cum eam quæ brachiali ſubeſt, attingere in agris non poterimus. Sunt porro & alię in tarſo ac pede arteriæ, quæ crebro in macilentis pulſum indicant, in magnitudinem eleuatæ.

Quot igitur venas dixi: profundius in femoris muſculos per tibiam propagari, his omnibus adiacet arteria. Porro maxima cruri per inguina inſeritur, eo nimirum modo quo vena magna. ac macilentis, magnoque pulſu præditis manum inijciens, ſenſibilem inibi motum percipies. In ſumma, quemadmodum in manu, ſic etiam in crure ſe habet. Venæ quidem arterijs in muſculis inſertis cohærent, non tamen arteriæ cum venis ſimul emergũt, verum altius ſemper per muſculos ingrediuntur. *Arteria in inguine.*

Arterias nerui ſequuntur, quos in corporis ſuperficie excurrens detegere difficillimum eſt, vtpote cuti cohærentes. Adminiſtratione igitur muſculorum, vt in manu, rite peracta, quatuor iuxta femoris principium radices neruorum in cutem excurrentium apparebunt, pares numero principijs grandium neruorum, qui in *Nerui.* *Nerui ſuperficiarij.*

musculos dispergũtur.

Proinde vna est quæ ab anterioribus musculis deorsum versus in totam cutem vicinam dispensatur. Hæc interior per inguina magno angustoque musculo vehitur, & tertia iuxta sacri ossis mucronem, cæterisque minus conspicua est, quarta hac adhuc magis condita in pectinis foramine consistit.

Quatuor radices in superficie.

Hos iam exiles superficiarios intuitus neruos, omnes femoris musculos incidito. Nam dum ipsos inuicem separas, grandium neruorum, qui omnes medij per musculos feruntur, clare apparent, quatuor nempe principia, vnde superficiarij illi propagantur.

In tibia soli duo grandes per femoris posteriorem sedem conspicue apparent, latiore musculo inciso, qui tibiæ principium excurrunt: atque ibidem primum separantur inuicem: alter qui minor est exterioribus ipsius distribuendus: alter, puta maior, interioribus. sed externus tibiam posterioris ipsius ossis, quod surã vocamus, caput ingreditur: interior, qui maiorem esse dixi, suræ initio profundiꝰ immergitur, idque inter duos grandes musculos.

Atque huius nerui pars reliqua non mediocris in pedis inferiora porrigitur: alterius autem tenuia extrema ſupernis tarſi partibus diſpenſatur. Portio quædã ipſius etiam ad neruum alterum peruenit, quæ per ſuram prope inferiorem tibiæ finẽ defertur. Itaque infimã pedis (ſedẽ neruus vnus ſubit haud exiguus, in oẽs ipſius partes diſtributus. Porro hic neruus ex altero grandiore ſupereſt, quẽ in poſteriores tibiæ muſculos deferri cõmemorauimus. Cæterum in tarſum pedis deſcendit vnâ cũ tendinibus, qui digitos ipſos inflectunt. At in ſupernam pedis partem, exiles nerui quatuor porriguntur, trium aliorum reliquiæ, vnius certe qui cum vena intra tibiam defertur: alterius qui retro ſurã per ſumma ſe promit.

Inſertorũ pedis nerui.

Superni pedis nerui.

Iam alius neruus externis tarſi partibus prope exiguos digitos diſſeminatur quemadmodum prædictus, quem ſimul cum vena per totum crus ad magnos ferri digitos retuli.

Inter hos alij duo ex magnorũ altero, qui anteriores tibiæ muſculos amplexantur, deorſum verſus protendunt, mediũ tarſi conſcendentes. alter itaque e ſuperficiarijs ſub cute conſiſtit, qui tum articuli

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

iuncturæ ligamento incumbit, tum ſolus in cutem tarſi extantibus particulis diſtribuitur. At qui in imo ſub ligamento delitefcit, ſuperſtratis tarſi muſculis diſpenſatur omnibus, quorum tendines obliquo digitorum motui præeſſe audiuiſti: Sed liber amplius paulo excreſcit, eoque hic ei finem imponere conſilium eſt.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

GEORGII VALLAE PLACENTINI DE HVMANI CORPORIS partibus, opuſculum ſanè elegans & perutile.

hVMANAE FACIEI partes memoraturi, a capite nobis ſumamus initium. Capilli caput tegũt triches a Gręcis dicti, inde trichiæ piſces, & a noſtris extrichare. A capillo autem Capillamenta, vt porri, & alij. Inde a capite, porrum capitatum. Dorienſes autem caput cottida (ſi Polluci credimus) dixerunt: inde lingua vernacula ipſos ſecuta, (quaſi vt illi) cottis pronunciat. Vt vero a cædendo Græci comam dixerunt, id enim eſt coptein, ita noſtri cæſariem. Intra capitis cutem caluaria ex interiore parte concaua, extrinſecus gibba, vtrinque leuis: & qua, inquit Celſus cerebri membranam contegit, & qua cute capillum gignente contegitur. eaqué ſimplex ab occipitio & temporibus, duplex vſque in ver

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

ticem a fronte eſt, oſſaqué eius ab exterio ribus partibus dura, ab interioribus, quibus inter ſe connectũtur, molliora ſunt. Ipſum autem cerebrum duæ ibi amplectuntur membranæ, quas Græci menyngas vocant, vna interior, rubentior: exterior altera, quæ ſolidior. vocantqué inuolucra, quòd circa medullas inuoluantur, cerebro nutrimentum afferentes, quod iecur ex sãguine ſuggerit tenuisſimo. corque exſuo ſpiritu defæcatisſimo. Raro caluaria ſolida ſine ſuturis eſt, idque caput firmisſimum, atque a dolore tutisſimum eſt. Ex cęteris, quo ſuturę ſunt pauciores, eo capitis valetudo commodior eſt. A cerebro baſis eſt, a Græcis parencephalis appellata, cerebro perſimilis, niſi quòd colore magis flaueſcit: deſinit vero in primam vertebram, qua caput euoluitur, diciturqué epicranis: cuius medulla videtur in vertebras influere, cum ex tenuisſimo & putilatisſimo alimento cerebrum & parẽcephalis alitur. Humida vero eſt cerebri medulla, at non vt cæterorum conſiſtens animalium. Crasſisſimum autem poſt aurem os, ob idque ipſum capillus ibi nõ gigni perhibetur Faciẽ vulgo nominamus a fronte ad mentum vſque. Proprie tamẽ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

totius corporis figura, quasi factura quædam dicitur. Facies ergo, vt vulgo loquimur, suturam habet maximam, quæ a tẽpore incipiens per medios oculos naresque trãsuersa peruenit ad alterum tẽpus, a qua breues duæ sub interioribus angulis deorsum spectant. Et malę quoque in summa parte singulas trãsuersas suturas habent. Sunt & aliæ, quas omittimus, ne iam resectionem ipsam ostendere vellevideamur. Sub frõte igitur oculi, qui palpebris conteguntur, cilijsque & supercilijs adumbrantur, ne a nimia luce offusa impediantur. Ideo qui longius certiusque spectare voluerint, eos manu obumbrãt. Quod intercedit binis supcilijs interuallũ a Græcis tum mesophryon tũ metopion noĩatur. Tam palpebris, q̃ genis non cõniuet ac ẽt nictat. Genas quidã tã supiores q̃ inferiores dixerunt. Ennius. Pãdite sępe genas, & corde relinquite somnũ. Alij sub oculis tm̃. Pacuuius putauit genas esse, q̃ barba primũ oritur. cũinquit. Nũc primũ opacat flore lanugo gẽas. Itaq; & Plinius extremũ, iq̃t, ambitũ genæ supioris, antiq ciliũ vocauere: vñ & supcilia. Hoc vulnere aliquo diductũ, ñ coalescit. ĩfra oculos malę hoĩ tm̃, q̃s prisci genas vocabãt. XII. ta-

bellarum interdicto radi a fœmis vetãtes. Pudoris hę ſedes. Ibi maxime oſtenditur rubor. Infra eas hilaritates riſumque indicantes buccæ. Ab oculorum morbis maliſue qualitatibus, alij cæci dicuntur, alij ſtrabones, alij peti, alij luſcioſi, alij nyctalopes. In palpebris lineæ rhytides, ab al is
Iulius pollux. elinges In medio oculorum: quod nigrũ eſt, in quo viſus ſedes aciéſque eſt pupula, per diminutionem vero pupilla. Linea circularis ipſam concludens pupillam, iris. Circa pupillam albugo, tum funda, tum logas. Tunicæ circa oculum ſunt quatuor: quarum extima ceratoides quæ alba, ſolida, neruoſa, non facile ſecabilis, cartilaginoſa, craſſa, perſpicua: Poſt quam rhagoides, quę craſſa, ſanguinolenta. Tertia phacoides & cryſtalloides. Quarta arachnoides. Oculorum ſinus conchi vocitantur. Extrema palpebrarum cãthi, quorum radices enchantides. Qui ad naſum anguli fontes, quòd inde ſcaturiat lachryma. Sub temporibus paropiæ. Nigrores qui circa pupillam, peſſi. Terminans logadas, truncus. Oculorum ambitus eon dicitur. Narium duo foramina oſſe medio diſcernuntur. Siquidem hæ primum a ſupercilijs anguliſque oculorum eſſe in-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

choantur, ad tertiam fere partem: deinde in cartilaginē versæ, quo propius ori descendunt, eo magis caruncula quoque molliuntur. Sed ea foramina, quæ a summis ad imas nares simplicia sunt, ibi rursus in bina itinera diuiduntur: aliaque ex ijs ad fauces peruia, spiritum & reddunt & accipiunt: alia ad cerebrum tendunt, in vltima parte in multa & tenuia foramina dissipantur, per quæ sensus odoris nobis datur. Non allj animalium, inquit Plinius nares eminent. Auibus, serpentibus, piscibus foramina tantum ad olfactus, sine naribus: & hinc cognomina Simorum Silonum. Nàm silus appellatur nasus sursum versus, & repandus. Vnde galeæ quoque similitudine silæ dicebantur: licet Nonius Silones supercilijs prominentibus dicat, a Sileno, quòd is hirsutis superciliis fingeretur. nam silanus aliud est. Silanos nanque & Tullios veteres dixerunt riuos, seu vehementes proiectiones humoris, arcuatim fluentis. Ideo Celsus, Confert etiam, inquit, aliquid ad somnum silanus iuxta cadens. Nares, quòd humore natēt a Græcis etiam myxæ nominantur: vnde mucū dici reor, versa Græca litera in v. Vnde & illi promyxæ ad lucernam retulerunt.

Ex pollice.

Inde ſenſus o factus. nã odoratus rei eſt. vt, calamus odoratus, licet ab odore odoror verbum fiat. Eius membri apparent ægritudines, quam Hippocrates myxam, alij corizam vocant: nos fere grauedinis nomine appellamus, licet noſtrum plura complectatur, & catarrhus, quem deſtillationem dicere ſolemus: & polipus, & olfaciendi difficultas. Naſi pars, quæ ſub cilio ẽ, ethmus nominatur, qua ſpiritus meat, media chondrus. oſſea ad malas vtrinque vergentia, naſi ſuturæ. Foramina tanquã paries diſpeſcens, columna: nec non, quidam, ſeptum porrectum: quia diaphragma Græci vocant. alij diſſeptum. Naſi extremũ globulos: quæ extrorſus vtrinque a globulo prominent, hypenæ, ſeu alulæ. quæ introrſus clauduntur, myxæ, a quibuſdam thalamæ. Solũ eius ab alijs lacus, ab alijs torcular. Sub naſo ac ſupra os, myſtax. In aure quoque primo rectũ & ſimplex inter procedendo flexuosũ fit. quod ipſum iuxta cerebrum in multa & tenuia foramina diducitur. per quæ facultas audiendi eſt. iuxtaquè ea duo paruuli quaſi ſinus ſunt, ſuperquè eos finitur os, quod tranſuerſum a genis tendens, ab inferioribus oſſibus ſuſtinetur, iugale appellari

poteſt, quia Græci zygodes alij zygomata alij cãcros appellãt. In dextra ſiniſtraquê circa guttur venæ ſunt, quæ phagitides nominatur: itemque arteriæ quas parotidas vocant, ſurſum procedentes vltra aures feruntur. Quæ auriũ carnes ſupra medium ſunt ad tpa, muſculi & cornua dñr. Ipſa auris ab haurienda voce creditur appellata, aſpiratiõe detracta. Auris ſeptũ cypſele & cypſilis a Græcis, ex noſtris quidã riculã vocant. Pars eius exterior cochlias, interior ſcaphus appellatur, ad tpa vergẽs alula. Infima pars, lobus. Sinus ipſe, aſtacus. Qđ tanquam ſolũ eſt, croton. Maxilla vero eſt molle os, eaqué vna eſt: cuius eadẽ & media & ẽt ima pars, mentum eſt, a quo vtrinque procedit ad tpa. ſolaqué ea mouetur. Nã malę cum toto oſſe. qđ ſuperiores dentes excipit, immobiles ſunt. Verum ipſius maxillæ partes extremę quarſi bicornes ſunt. Alter proceſſus intra latior vertice ipſo tenuatur, lõguſque procedẽs ſub oſſe iugali ſubit, & ſuper id tẽporum muſculis illigatur. Alter breuior & rotundior, & in eo ſinu, q iuxta foramina auris ẽ, cardinis mõ fit, ibiq3 huc & illuc ſe iclinãs, maxillę facultatẽ motus pſtat. Hęc ita celſus. Plinius ſuã ſecutus naturę hiſtoriã

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

Mentum nulli . inquit præter hominem, nec malæ. Maxillas crocodilus tantum superiores mouet: Labra inquit, quibus brõci, labiones dicti . Sunt enim bronci siue bronci, producto ore & dentibus prominentibus. Ideo Lucillius, broncus hic est rhinoceros. Duriores osse dẽtes, quorum pars maxille, pars superiori ossi malarum hæret. Dentium, inquit Plinius, tria genera, serrati, aut continui, aut exerti. Serrati pectinatim coeuntes, ne cõtrario occursu atteruntur, vt serpeutibus, piscibus, canibus: cõtinui, vt homini, equo. exerti, apro hippopotamo , elephanto . Ex humanis quaterni primi, quia secant, temnici a Grę cis nominantur. Hi deinde quatuor caninis dentibus ex omni parte cinguntur. Vltra quos vtrinque fere maxillares quaterni sunt, præterquam in his, in quibus tres vltimi, qui sero gigni solent, non increuerunt. Maxillares, qui sunt a caninis, nullũ animal mutat. Homini nouissimi, qui genuini vocantur, circiter vigesimum annũ gignuntur, multis & octogesimo. Cęteris dentes senecta rubescunt , equo tantum candidiores fiunt. Aetas veterinorum dẽtibus indicatur. Sane qui tẽnici, a quibusdam tomeis a cibo secando: ijdem gelasi-

Alias broci, ex Varrone

ni, quôd inter ridēdum denudētur, ſunt appellati. Maxillares poſt octoginta annos etiam naſci tradit Ariſto. Quæ circa dētes caro gingiua, a gignendis dentibus dicta eſt. Pauciores mulieribus quàm viris eſſe dentes, ait Ariſto. Perhibentur fuiſſe, qui vnum modo os pro dentibus habuerūt, velut Valerius Maximus & quidā alij memoriæ prodiderunt. Timarchus duplicē fertur habuiſſe dentium ordinem, Hercules triplicem. At Pherecrates, a quo Pherecratium carmen, edentulus fuit: is nāque nullum prorſus dentem habuit. Oris pars ſuperior cœlum, ſeu palatum, interior autem columna. Inde gurgulio. Guttur ſtomacho prominet. Oris ægritudines, tusſis branchos, cynanche, vua, tonſillæ: Ita in homine, inquit Plinius, vt in ſuæ glandulæ. Quod inter eas vuæ nomine vltimo dependet palato, homini tantum eſt. Sub ea minor lingua, nulli oua generantium. Opera eius gemina, duabus interpoſita fiſtulis. Exterior earum appellatur arteria, ad pulmonem atque cor pertinens. Hanc operit in epulando, ne ſpiritu ac voce illac meante, ſi potus cibusue in alienum deerrauerit tramitem, torqueat. Altera interior eſt, appellatur ſanè gula, qua cibus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

atque potus deuoratur. Tendit hæc ad ſtomachum, inde in ventrem. Ex chartilagine & carne, arteria. Gula neruo & carne conſtat. Lingua ergo cum ſpiramus, attollitur, cum cibum potionemqué aſſumimus, arteriam claudit. Ipſa autem arteria dura & cartilaginoſa in gutture aſſurgit, cæteris partibus reſidet. Conſtat ex circulis quibuſdam imperfectis, compoſitis ad imaginem earum vertebrarum, quæ in ſpina ſunt: ita tamen vt ex parte exteriori aſpera ſit, ex interiori ſtomachi modo leuis, eaqué deſcendens ad præcordia cum pulmone committitur. Linguæ ambos ſinus cheramos vocant. In lingua hulcuſculum ſuperueniens, phlycris dicitur, nos poſſumus puſtulam appellare. Sane aer os ſubiens & ſpiritus ex pulmone per aſperam redditus arteriam, percuſſu epiglottidis & ore reuolutus, vt in cymbalo, ſonum efficit articulatum: qui vocalibus effictus inſtrumentis, a lingua tanquam plectro digeritur in modulatum ac ſignificabilem vocem. Epiglottis nanque ſimplicis eſt vocis inſtrumentum, lingua vero articulatæ. Linguam habentibus, nec loquentibus epiglottis offenſa eſt: ſi difficulter, lin

gua. Vox, aer percuſſus, percusſio nanque aeris percutit epiglottida. Capiti ſubeſt collum, quod in ceruicem & iugulum dirimitur. Vltima colli vertebra, quòd onus ſuſtineat, Atlas appellatur: vt videri debeat caput ſpinam excipere, quę vertebris quatuor & viginti conſtat. A ceruice duo lata oſſa vtrinque ad ſcapulas tendunt: noſtri ſcoptula operta, omoplatas Græci nominant. Iugulum in ſummo coſtarum os recuruum, nec inter durisſima oſſa numerandum, quod brachij motu paulum cum lato oſſe ſcapularum mouetur. Hinc humerus incipit extremis vtrinque capitibus tumidus, mollis, ſine medulla, chartilaginoſus, medius teres, durus, medulloſus, leniter gibbus. Brachium conſtat ex osſibus duobus. Brachij extremum humeri caput, & epomis appellatur. Vbi articulus obfirmatur, entypoſis, vel humeri acetabulum dicitur. Extrinſecus muſculi, intus parolenia. Sinus ſub ſummo brachio, axillæ. vbi bina oſſa brachio componuntur, ancon: extrorſum ptominens olecranon. Cum ſint, inquam, duo brachij oſſa, minus nos radium. Gręci cercida vocant: maius cubitum, dicimus. Finis eius car-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

pus ossibus octo constat. Ante carpum procarpium, metacarpium: quæ digitos antecedit, latitudo, a quo in illos scinditur.manus.Quod intra manum carnulentum a pollice ad indicem vergens, Græci thenar, nostri vocant ir:quod extrorsus tendit, opisthenar: ab indice ad minimũ digitum,hypothenar.Manus totius sinus medius vola dicitur.Pars accensum antecedens digitorum,tarsus:digitorum prominentiæ iuxta commissuras,condyli vocantur.Quæ sub digitis articuli sunt, scytalides dicuntur: quæ singulis digitis tres sunt, soli pollici duæ. Post quem est index,inde medius,qui a priscis impudicus etiã dictus est, quòd subductis vtrinque alijs digitis,solo illo porrecto,membri pudendi forma referatur. Post quem annularis:inde minimus. In summo digitorũ, vnguium radix est:inde vngues,qui claustulæ neruorum summæ existimantur,simijs imbricati,hominibus lati, rapacibus vnci,cæteris fere recti, præter eum qui a crure dependet. Elephanto informes numero quidem quinque,sed indiuisi, & leuiter discreti vnguisqué, non vnguibus similes. Quod circa vnguium radices album,oriens appellatur.A manu longima

Oriens anatole apud pollicem.

nus &

nus & multimanus, vt Darius, vt Xerxes, vt Artaxerſes, & centimanus gigas ille Briareus: & Appius Claudius, qui viam Appiã ſtrauit, & aquam Claudiã induxit, & de Pyrrho in vrbem non recipiendo ſententiam tulit. A digitis, digitale. A dextra Gręcis amphidexios, qui ſiniſtra æque ac dextra vtitur, a Latinis ambidexter & ſcæna nominatur, vt Vlpianus interpretatione ædilitij edicti de vitioſis & morboſis docet. Menſura autem a magno digito ad minimum, ſpithame nominatur: ſi pollicem & indicem explices, lichas: ab olecrano ad extremum medij digiti interuallum, brachium dicas: ſi digitos contraxeris ab ancone ad ipſos, hæc menſura cubitus dicitur: ſi ambas manus explices in rectam perpectus lineam, vlna. A collo ad lumbos, thorax. Sub clauibus pectus, ſub quo ſternon, in ſterno mammæ, quarum prominens medium papilla, ad ventris os in pectore extremo, os xiphoides vocatur. Ad ſternum circunductæ ſunt coſtæ octo in dorſum, maiores minoreſqué. Maiores legittimæ, minores nothæ appellantur. Sub coſtis deſinens os, cingulum vocatur: circa coſtas morbus pleuritis, in articulis articularis, ſiue vt Græcanica

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

vtar voce, arthritis: in renibus, nephritis dicitur. A sterno porro ad pudenda per inanitatem, aluus venterqué appellatur. In medio ventre, vmbilicus. Quod in medio vmbilico, acromphalium. Pellis circũdans vmbilicum, vetula, quia corrugata, dicitur. Supra vmbilicum epigastrium, quæ pars iecori lieniqué adiacet. Subter autem, hypogastrium: sub vmbilico ad pudenda vsque, etrum ac abdomen nominatur: vbi inhorrescunt pili, pubes. Prominens autem pudendum, penis vel coles, ab aliis salax cauda, ab alijs muto. Summa pars, glans per similitudinem. tegumen, præputium: aquo dempto & pręsecto. Iudæi appellæ dicti sunt. Eius foramen vrethra. Vas testiculorum a Græcis oscheos, a nostris scrotum nominatur. Nerui autem cremasteres a Gręcis, qui testiculos sustinent sub cole, quem penem etiam diximus. Per medium testiculorum taurus, ad anum vsque perueniens. Quę in medio caro est, nympha. Dorsi autem ea pars, quæ ceruici subest, scapulę: quod in medio dorso, metaphrenũ. Circa dorsum lata ossa, mensæ, sub quibus spina. dein lumbi: inde clunes. quas glutus nũc omnes Gręci, prisca eorum lingua clonas

vocant. Decem & ſeptem vertebræ, quæ ſpinæ totam præbent flexuram. Duodecim, quæ ſpinæ dicuntur: quinque lumborum. & quæ ſub Atlante, & quę ſub eius carne tutela eſt, lophadia ſiue lophia dicitur. Reliquæ ad coſtas pertinent, alaſquè. Per vertebras via, qua medulla extéditur, canalis & ſacra fiſtula nominatur. vbi autem vertebræ deſinunt, os ſacrum vocatur: vt anteriora obtinens, pecten. Quod os ſacrum a quibuſdam etiam orrhopygiō nominatur. Intra lumbos muſculi, pſœæ, Clearchus autem vulpes vocat. Circa ilia ſinuoſa oſſa, acetabula dicũtur, quæ coxarum capiti accommodantur ad coxas. Sub clunibus ſunt inguina, inde inguem morbus. Coxa inde tota ad genuvſque. Infra coxas, femur. A pectinis oſſe femina oriuntur, quorum capita rotundiora etiam quàm humerorum ſunt. Inferiora coxarum capita media ſinuantur, quo facilius excipi a cruribus poſſint. Quæ commiſſura oſſe paruo, molli, cartiaginoſo tegitur, patellam vocant: hęc ſuperinnatans, nec vlli oſſi inhærens, ſed carne & neruis deligata, paulo magis ad femur inter omnes crurum flexus iunctu ram tuetur. Suffragines, ſinus curuatura-

Græcis bubωn apud Iuliũ Pollucem dicitur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

rum dicuntur. Genu ab eo quod Græci gony, pars porrecta, vbi summum crus cum ima coxa coniungitur. Posterior vero incuruatio, poples. Ipsum autem crus est ex ossibus duobus. Etenim per omnia femur humero, crus vero brachio simile est. Alterum igitur os ab exteriore parte suprapositum est, quod ipsum quoque sura recte nominatur. Id breuius suraqué tenuius ad ipsos talos intumescit. Alterum a priore parte positum, cui tibiæ nomen est, longius & in superiori parte plenius ipsum cum femoris inferiore parte committitur, sicut cum humero cubitus. In omni genere, inquit Plinius, suræ homini tantum & crura carnosa. Reperitur apud autores in Aegypto quædam non habuisse suras. Sub crure pars vocatur sphyron. Inde nomen calcaribus lingua videtur ĩdidisse vernacula. Vtrinque prominent astragali. In quos peronę desinunt. Vnde alti calcei perones. Scelos a Græcis, vt in superiori parte lacertus, nẽpe ex coxa, genu, tibia, sphyro, & pede. Inde periscelidem Menander, & apud nos Horatius dixit. Omnia inquit Plinius animalia a dextris partibus incedunt, sinistris incubant. Reliqua vt libitum est gra

diuntur. Leo tantum & camelus pedatim hoc eſt, vt ſiniſter pes non tranſeat dextrum, ſed ſubſequatur. Hinc ex vitio vari & ſcauri. Hor. Hunc varum diſtortis cruribus, illum Balbutit ſcaurum paruis fultum male talis. Talos, idem autor inquit, aſinus Indicus vnus ſolidipedum habet. Hominem qui exiſtimarunt habere, conuicti. Lynx tantum digitos habentium ſimile quiddam talo habet: Leo etiamnum tortuoſos. Talus autem rectus eſt in articulo pedis, ventre eminens concaua in vertebra ligatus. Mons pedis ante digitos ex oſſibus & neruis, inde vola. In parte poſtrema pedis pterne a Græcis a noſtris perna. Hinc etiam perniones morbi calcaneorum, cum fiſſuræ poſt poſtulas hiarint: vt contra ab æſtu frictioneque in femore, intertrigo. Cætera in pedibus ſunt ijs quæ in manibus memorauimus, ſimilia. Nunc iam ad interna corporis, vnde egreſſi ſumus, redeamus. Loca ergo interna ad hypoglottida carũculas vtrinque prominentes habent quæ tonſillæ dicuntur. quæ ſub ipſis, conſimiles quidem rubore, at maiores & rotundiores, mala dicuntur. Cartilaginibus albis ſtomachum adeunt, quas arteriam & gut-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

tur vocant. Tonsillis os substernitur, brō chi siue gutturis caput complectēs, hyoides appellatur, quòd υ literæ faciem habeat. Stomachus introrsus a spina iacet. Summum gulæ, inquit Plinius, fauces vocantur: postremum stomachus. Hoc nomine est sub arteria iam carnosa inanitas adnexa spinæ, ad latitudinem ac longitudinem lagenę modo fusa. Quibus fauces non sunt, ne stomachus quidem est, nec colla, nec guttur: vt piscibus. & ora ventribus iungūtur. Testudini marinæ lingua nulla, nec dentes, sed rostri acie comminuit omnia. postea arteria & stomachus denticulatus callo in modum rubi ad cō ficiendos cibos, decrescentibus crenis quicquid appropinquat ventri: nouissima asperitas, vt scobina fabri. Stomachus ipse introrsus spinæ adiacet, tendens ad pulmonem, vocatur œsophagus. Nerui vtrinque porrecti dicuntur toni. Hinc vē ter annectitur, aluiquá os magnum vocatur. Aluū versus sensilis est, & neruosus: Extrorsus aurem carnosus, quatenus gutturi accedit. Dirimitur in multos calles, quos fistulas & branchias vocant. Globosæ ipse figurę est. Alui autem intestinum in dextra parte exporrectū. magis ad spi-

Ad pulmonem. *Sic quidem ex Polluce. Ex Aristotel. tamen rectius ad uentriculum.*

nam accedens, pylorus appellatur. mittit qué alimentum, cum in ſtomacho concoctum eſt, in ieiunum: quod ita nominatur inteſtinum, quia nunquam quod accipit, continet, ſed protinus in inferiores partes tranſmittit, nec ob id implicitum. Inde tenuius inteſtinum eſt, in ſinus vehementer implicitum, verſuraque eius vmbilico ſubſternitur, binos habens terminos: quorum vnus colon, quod Latine ile nominatur, vt eſt autor Plinius: & inferior aluus. Iacet autē in parte dextra ad hypochondrium, a quo acuti dolores colici. Alter porro tenui inteſtino finis annectitur, nominaturqué cęcum inteſtinū, ad ſpinam accedens: cuius initium, vbi coli finis. In medio medium, quod Græci meſenterium vocant. Definit autem in ano, qui inteſtini finis, via autem vnde excrementa ex ventre emittuntur. Meſenterium tunica eſt ex venis & neruis compoſita, renibus & aluo vicina, alimentum ad iecur mittens. Cæcum inteſtinum in imo dirigitur, qua excernit. ideoqué ibi rectum inteſtinum nominatur. Contegit vero vniuerſa hæc omentum, ex interiore parte leue & ſtrictū, ex ſuperiore mollius, cui adeps quoque innaſcitur, quæ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

ſenſu, ſicut cerebrum quoque & medulla, caret. At a renibus ſingulæ venę colore albę ad veſicam feruntur, vreteras Græci vocant, quòd p eas inde deſcendentẽ vrinam in veſicam diſtillantem excipiant. Veſica autem in ipſo ſinu neruoſa & duplex, ceruice plena atque carnoſa iungitur per venas cum inteſtino, eoqué oſſe quod pubi ſubeſt. A pube abdomen ſurſum verſus ad præcordia peruenit, de quibus hinc dicturi a iecore ordiamur. Iecur a dextra parte ſub eis, quæ præcordiorum nomen habent, ab ipſo ſepto ortum intrinſecus cauum, extrinſecus gibbum, leuiter ventriculo prominens inſidet, & in quatuor diuiditur fibras, cui ex inferiori parte fel inhæret. Iecur ergo recentem aluo dimittens ad pręcordia ſanguinem, cor fouet. Peculiare autem opus eſt iecoris, alimentum in ſanguinem & fel conuertere, ac venis ſanguinem per corpus vniuerſum diffundere. Vocatur autem iecoris pars vna, fores, per quas ſuſcipit ſanguinem, quem vena vna in omnes diffundit venas. Altera vero, lobus. Annectitur autem ipſi ſeptum tranſuerſum, quod refertum venis eſt. Id interſepit ab iecore cor & pulmonem. Septo tranſuer-

ſo ſubeſt venter. Supra quod eſt cor, mucrone turbinato in dextrum conuerſo, habetque ſinus ſanguinis & ſpiritus. Eius ſinus ventriculi nuncupantur, quorum vnus in ſiniſtra denſior, veluti flatus emisſio. In dextra tenuior quidem, ſed ſpatio laxiori, a quo ſanguinis feruntur vehicula. ſubiacet autem mammæ ſiniſtrę. Sinus in vtraque parte aures dicuntur. Ad cordis caput, ad ſeptimam vertebrã caro eſt glandulę perſimilis, quę thymos nominatur. Dixeris autem aſperas arterias, quę ante ſtomachum poſitæ ſunt, per quas thorax inflatus ſpiritum in pulmonẽ exprimit. Pulmo ſpongioſus, ideoqué ſpiritus capax, a tergo ſpinæ ipſi iunctus, in duas fibras vngulę bubulę modo diuiditur, ſuper ſeptum tranſuerſum, quod phrenas Gręci, noſtri pręcordia dixere. Ab eadem parte ſiniſtra eſt lien, non eodem ſepto, ſed inteſtino innexus vel mollis & iecoris, longitudinis craſſitudiniſqué modicę. Iſqué paulum a coſtarũ regione in vterum excedens, ex maxima parte ſub his conditur. Atque hęc quidẽ iuncta ſint.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2968/A